Quid Epictetus phũs dicere ſolitus ſit hoibus neq̄ & ĩpuris diſciplis phiæ ſtudio ſe tractãtib9. & q̄ duo uerba obſeruãda pręcepit oium reꝝ lõge ſalubria. ca. xix. Pha.

Ex ſympoſio Platonis ſũpta uerba nũeris coagmẽtiſq; uerboꝝ ſcite modulateq; & apte exercẽdi gr̃a ĩ latinã orationẽ uerſa. Cap. xx. Sympoſiũ platonis

Quibus tẽporib9 poſt romã cõditã græci: romaniq; illuſtres uiri floruerunt: ante ſecũdũ bellũ carthaginẽſiũ. cap. xxi. Vt conſpectũ

## CAPITVLA DECIMIOCTAVI LIBRI.

d Iſputatiões a philoſopho ſtoico: & cõtra a peripatetico arbitro phauorino factæ. q̄ſitũq; inter eos quantũ in perficiẽda uita beata uirtus ualeret: quantũq; eſſet in iis quę dicuntur extranea. Cap. i. Familiares phauorini

Cuiuſmodi quæſtionũ certationibus ſaturnalia ludicra athenis agitari ſoliti ſum9 atq; inibi ĩſperſa quædã ſophiſmata & enigmata oblectatoria. Cap. i. ſaturnalia

Quid ęſchines rhetor ĩ orõne q̄ timarchũ de ĩpudicitia accuſauit lacedæmonios ſtatuiſſe dixerit ſup ſnĩa ꝓbatiſſima: quã ĩprobatiſſimus hõ dixiſſet. ca. iii. Aeſchines

Quod Sul. apol. prędicãtẽ quẽdã a ſeſe uno Saluſtii hiſtoria ĩtelligi illuſit qõne ꝓpoſita qd uerba ĩſta apd Sa. ſignificarẽt: p ĩcertũ ſtolidior an uanior. cap. iiii. quum

Quod. Q. Ennius in. vii. annali quadrupes eques & nõ quadrupes equus: ut legũt multi ſcriptũ reliquit. Cap. v. Cum antonio

Quod Helius Meliſſus in libro titulũ fecit de loquẽdi ꝓprietate: quẽ quũ ederet: cornũ eẽ copiæ dicebat: rẽ ſcripſit: neq; dictu: neq; auditu dignã: quũ differre matronã & matrẽfamilias exiſtimauit differẽtia lõge uaniſſima. Cap. vi. Helius

Quẽ in modũ phauorin9 tractauerit intẽpeſtiuũ quẽdã de uerboꝝ ambiguitatibus querẽtẽ. atq; ibi quod ſignificationes capiat cõcio. Cap. vii. Domitio homini

ομοιοτελευτα καὶ ομοιοπτωτα. i. ſimiliter finiẽtia & ſimiliter cadẽtia. atq; alia id genus quę ornamenta orationis putantur inepta eſſe & puerilia Lucilii quoq; uerſibus declararari. Ca. viii. ομοιοτελευτα

Quid ſignificet apud. M. Catonẽ uerbũ inſecẽda. quodq; inſecenda potius legẽdũ ſit q̄ quod pleriq; exiſtimãt inſequẽda. Cap. ix. Et ſequor

Errare iſtos q ĩ explorãda febri pulſus uenaꝝ ptẽtari putãt: nõ arteriaꝝ. cap. x. In

Verba ex carminibus Futii antiatis ĩnſcite a Ceſellio uindice reprehenſa. Verſuſq; ipſi in quibus ea uerba ſunt ſubſcripti. Cap. xi. Non hercle

Morem iſtum ueteribus noſtris fuiſſe uerba patiendi mutare : ac uertere in agendi modum. cap. xii. Id quoq;

Quali talióe Dioge. phūs uſus ſit: ptētatus a dialectico &c. cap. xiii. Saturnalib9

Quid ſit numerus hemiolios: qd epitritos & cætera. cap. xiiii. Figurę

Qđ. M. Var. í herrois uerſibus obſeruauerit & cætera. cap. xv. In longis

## CAPITVLA DECIMINONI LIBRI.

r Eſponſio cuiuſdam philoſophi interrogati: quam ob cauſam maris tépeſtate palluerat. cap. i. Nauigabamus

Ex qnq; corporis ſéſib9: duos eē cū belluis maxíe cóes. q̄ q; turpis & íproba é uoluptas. quæ ex auditu uiſu odoratuq; pcedit. quę uero ex guſtu tactuq; é: reꝝ oium fœdiſſima é: quū hæ duę beſtiaꝝ etiā ſint reliquæ hoium tātū. cap. ii. quinq; ſunt

Quod turpius eſt frigide laudari: q̄ acerbius uituperari. cap. iii. Turpius eſſe

Quāobrē uēter repētino tíore effluat quare ēt ignis urinā laceſſat. cap. iiii. ariſtote.

Ex ariſtotelis libris ſumptum: q̄ niuis aqua potui peſſima ſit. & q̄ ex niue chryſtallus concreatur. cap. v. In tyburte rus

Qđ pudor ſāguiné ab extra diffūdit: timor uero cōtrahit. cap. vi. In problematis

Quid ſit obeſum nónulla q; alia priſca uocabula. cap. vii. In agro

Quęſtio an arena cęlū triticū pluralia íueniant: atq; inibi de q̄drigis : inimicitiis. nónullis præterea uocabulis an ſingulari nūero cōperiantur. cap. viii. adoleſcentibus

Antonii iuliani í cōuiuio ad quoſdā gręcos lepidiſſima reſponſio. cap. ix. adoleſcés

Verba hęc pręter ppter í uſu uulgi pdita etiā Ennii fuiſſe. Cap. x. Memini

Ponit uerſus Platonis amatorios: quos admodum iuuenis luſit. dum tragœdiis contendit. cap. xi. Celebrantur duo

Diſertatio herodiis attici ſup ui & natura doloris: ſuæq; opinionis affirmatio pexē plū indocti ruſtici q cū rubis fructiferas arbores præcidit. caput. xii. Herodem

Quos pumiliones dicimus: græce ΝΑΝΟΥΣ appellari. Cap. xiii. Stabant forte

Cōtéperaneos fuiſſe cęſari & ciceroni. M. Varroné: &. P. Nigidium ætatis ſuę doctiſſimos romanos: & cętera. cap. xiiii. Aetas. M. ciceronis

## CAPITVLA VIGESIMI ET VLTIMI LIBRI

d Iſceptatio Sex. cecilii iuriſcōſulti: & phauorini philoſophi de legibus. xii. tabularum. cap. i. Sex. cecilius

Vocabulū ſiticinū in. M. catonis oróne: qd ſignificet. quā ob cauſam. L. acti9 poeta í grāmaticis ſiciniſtas nebuloſo noíe eē dixerit. cap. ii. Siticines ſcriptum

Artificiū ſcænicoꝝ ſtudiū: amoréq; íhoneſtū: pbroſūq; eē &c. cap. iii. comœdos

Exēpla epiſtolaꝝ alexādri regis & ariſto. phi & cętera. cap. iiii. Commentationum

Quęſitū atq; tractatū utrū ſit rectius dicere hēo curā uri an ueſtꝝ. cap. v. Percōta.

Quādiuerſę gręcoꝝ ſniæ ſup numero Niobę filiorum. cap. vi. Mira & prope

De iis quę hre συμπάθειαν. i. conſenſum uidentur & cætera. cap. vii. Anianus

Qualibus uerbis delectari ſolitus ſit antonius iulianus apſitis in mimiābis ſcripſit de inocētia ſua: quū ita dictitat: nunq̄ ueſtiméta a populo poſci. cap. viii. Delectari

Quid uocabulū iure manu conſertum ſignificet. cap. ix. Ex iure

Quid ſit ſculnæ uerbū poſitū apud. M. uarronem. cap. x. P. Lauinii

Auctoritas tāq̄ pręfatióis admóitio í opis toti9 ſūma de noctiū ordíe. Cap. xi. Att

# AVLI GELII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII LIBER PRIMVS.

QVALI Proportione: quibuſq; collectióibus Plutarchus ratiocinatũ eſſe Pythagoram philoſophum dixerit: de comprehendenda corporis proceritate qua fuit Hercules: quum uita inter homines uiueret. Caput Primum.

p LVTARCHVS IN Libro quem ὁ ποσκ ψυχῶν και σωματῶν ἀνθρωποιό περὶ ευφυιαν και αρετην Διαφορα: ideſt quantũ inter homines animi corporiſq; ingenio atq; uirtutibus interſit: conſcripſit: ſcite ſubtiliterq; ratiocinatũ Pythagorã philoſophũ dicit: in repienda: modulandaq; ſtatus longitudinis eius præſtantia. Nã quum ferre cõſtaret curriculũ ſtadii: quod eſt ipſis apud Iouẽ olympiũ: Herculem pedibus ſuis metatũ: idq; feciſſe longum pedes ducentos: cætera quoq; ſtadia in terris græciæ ab aliis poſtea inſtituta: pedũ q̃dem eſſe numero ducentoꝝ: ſed tamẽ eſſe aliq̃tulũ breuiora: facile ĩtellexit modũ: ſpatiũq; plantæ Herculis rõne ꝓportionis habita: tãto fuiſſe: q̃ alioꝝ procerius: q̃to olympicũ ſtadiũ longius eſſet: q̃ cætera. Cõprehẽſa autẽ menſura herculani pedis ſecundũ naturalẽ mẽbroꝝ oĩum inter ſe cõpetentiã modificatus eſt. Atq; ita id collegit: qđ erat conſequẽs: tanto fuiſſe Herculẽ corpore excelſiorẽ: q̃ alios: q̃to olympicũ ſtadiũ cæteris pari numero factis anteiret. Hercules

Ab Herode attico cõſulari uiro tẽpeſtiue deprõpta in quendã iactatũ & glorioſũ adoleſcẽtem: ſpecie tantũ philoſophię ſectatorẽ uerba Epicteti ſtoici: q̃bus feſtiuiter a uero ſtoico ſeiũxit uulgus loquaciũ nebulonũ: qui ſe ſtoicos nũcuparẽt. Cap. ii.

h Erodes atticus uir & gręca facũdia: & cõſulari honore prędıtus: accerſebat ſępe nos: quũ apud magiſtros athenis eſſemus: in uillas ci⁹ urbi ꝓximas me & clariſſimum uiꝝ Seruilianũ: cõpluriſq; alios noſtrates: qui Roma in græciam ad capiendũ ingenii cultũ conceſſerant. Atq; ibi tunc quũ eſſemus apud eum in uilla: cui nomẽ eſt Cephyſia: & æſtu anni: & ſidere auctunni flagrantiſſimo propulſabamus caloris incõmoda lucoꝝ umbra ingentiũ lõgis ambulacris: & mollibus ędium poſticũ refrigerãtibus lauacris nitidis: & abundis: & collucentibus: totiuſq; uillę uenuſtate aquis undiq; canoris: atq; auribus ꝑſonãte. Erat ibidẽ nobiſcũ ſimul adoleſcẽs philoſophię ſectator diſciplinę: ut ipſe dicebat ſtoicę: ſed loquacior impendio & ꝓptior. Is plerũq; in conuiuio ſermonibus: qui poſt epulas haberi ſolent: multa atq; imodica de philoſophiæ doctrinis intempeſtiue: atq; inſolite diſſerebat. Pręq; ſe uno cęteros oĩs lingue atticæ princeps: gentemq; oẽm togatam quodcũq; nomẽ latinũ: rudes eſſe: atq; agreſtes pręducabat: atq; interea uocabulis haud facile cognitis: ſyllogiſmoꝝ captionũq; dialecticaꝝ laqueis ſtrepebat κυριωγ ταϲ ϛοχαιουσας θεωριας ideſt laqueorũ adhuc ſpeculationes claudicantes. Alioſq; id genus griphos neminẽ poſſe dicens niſi ſe diſſoluere. Rem uero ethicã naturãq; humani ingenii: uirtutũq; origines: officiaq; eaꝝ confinia: aut contra morboꝝ uitiorũq; fraudes: animorũq; labes: ac peſtilentias. aſſeuerabat: nulli eſſe ulli magis ea oĩa explorata: compta: meditataq;. Cruciatibus autẽ doloribuſq; corporis & periculis mortẽ minitãtibus: habitũ ſtatũq; uitæ beatę: quã ſe adeptum eſſe putabat: neq; lædi neq; imínui exiſtimabatur. Ac ne oris quoq; & uultus ſerenitatẽ ſtoici hominis: unq̃ illa poſſe ęgritudine ob-

nubilari. Has ille inanes quũ flaret glorias: iãq; omnes finem cuperent: uerbiſq; eius
defatigati ꝑteduiſſent: tũ Herodes grȩca: cuius plurimus ei mos fuit: orone utens.
Permitte inquit philoſophoꝝ ampliſſime: quoniã reſpõdere nos tibi quos idiotas uo
cas: non quimus: recitari ex libro: quid de huiuſcemodi magniloquentia ueſtra ſenſe
rit: dixeritq; Epictetus ſtoicoꝝ maximus: iuſſitq; ꝓferri diſertationum Epicteti dige
ſtarũ ab Ariano primũ libꝝ: in quo ille uenerãdus ſenex iuuenes: q ſe ſtoicos appel
labant: neq; frugi neq; operæ probæ: ſed theorematibus tantũ nugalibus: & puerili
bus iſagogaꝝ cõmentatiõibus dilatrãtes: obiurgatiõe iuſta inceſſuit. Lecta igitur ſũt
ex libro qui ploratus eſt: ea quȩ addidit. Quibus uerbis Epictetus ſeuere ſimul ac fe
ſtiuiter ſeiunxit: atq; diuiſit a uero: atq; ſincero ſtoico: qui eſſet proculdubio: ἀκώλυ
τος: ἀνεκβίαστος: ἀπαρεμπόδιστος: ἐλεύθερος εὔπορος εὐδαίμων: ideſt non prohi
bitus inuiolatus: minime iplicitus: liber: diues: fœlix: uulgus aliud nebulonũ homi
nũ: qui ſe ſtoicos nuncuparẽt. Vltroq; uerboꝝ & argutiaꝝ fuligine ob oculos audiẽ
tiũ iacto. ſanctiſſime diſcipline nõine mentirentur. εἰπέ μοι περὶ ἀγαθῶν. καὶ κακῶν
ἀκούεις. ἰλιόθεν με φέρων ἄνεμος κικόνεσσι πέλασσεν. τῶν ὄντων τὰ μέν ἐστιν ἀγα
θά. τὰ δὲ κακά τὰ δὲ ἀδιάφορα ἀγαθὰ μὲν οὖν. ἀρεταί κακὰ τὰ μετέχοντα κακίας. ἀδι
άφορα δὲ τὰ μεταξὺ τούτων: πλοῦτος: συζυγία: ζωὴ θάνατος. ἡδονή: πόνος: πό
θεν οἶδας οὕτως ἑλλάνικος λέγει ἐν τοῖς αἰγυπτιακοῖς τί γὰρ διαφέρει τοῦτο εἰ
πεῖν ἢ ὅτι διογένης: ἐν τῇ ἠθικῇ ἢ χρύσιππος ἢ κλεάνθης: βεβασάνικας οὖν αὐτῶν
καὶ δόγμα σαυτοῦ πεποίησαι: δείκνυε πῶς εἴωθας ἐν πλοίῳ χειμάζεσθαι μέμνη
σαι ταύτης τῆς διαιρέσεως ὅταν ψοφήσῃ τὸ ἱστίον: καὶ ἀνακραυγάσῃ ἐάν σοί τις οὐ
τωπως παραστὰς εἴπῃ λέγε μοι σὺ τὰ πρώην ἔλεγες: μὴ κακία ἐστὶ τὸ ναυαγῆσαι: μὴ
τῆς κακίας μετέχον οὐκ ἄρα ξύλον ἐνσείσεις αὐτῷ τί ἡμῖν: καὶ σοὶ ἄνθρωπε. ἀπολλύ
μεθα καὶ σὺ ἐλθὼν παίζεις. ἐὰν δὲ σε ὁ καῖσαρ μεταπέμψηται κατηγορούμενον. i. de
bonis cedo: & malis audis ne illud? Ad ciconas troia referẽs me uẽtus adegit. Rerum
quȩdam bona: quȩdã mala: quȩdã indifferẽtia ſunt: Bona ſane uirtutes: quȩ uitii par
ticipant mala. Indifferentia uero illa quȩ inter hȩc media ſũt: opes: ↄiugiũ: uita: mors
uoluptas: labor: unde noſti ĩquit? Sic Hellanicus in ȩgyptiacis tradit. Quid eni re
fert ita dicã an Diogenẽ in moralibus: Chriſippumue: aut Cleanthẽ? hoc itaq; exqſi
uiſti: decretũq; feciſti tuũ. Expone quonam modo tempeſtatem in naui feras: nunqd
eius diſtinctionis memineris: ubi inſtrepit ac ſtridet uelim? ſiquis te ita alloquatur: re
pete age tu ea: quȩ modo aiebas: num ſit uitium naufragiũ facere. num particeps ui
tii ſit: an non contra iſtum baculum moueas. heus homo: quid mecum tibi. nos peri
mus: & ipſe ludis. Cȩſar quoq; ſi te delatum accerſiuerit: quid agas.

Quod Chilo lacedȩmonius conſilium anceps pro ſalute amici cepit. Quodq; eſt
circũſpecte & anxie cõſiderandũ an ꝓ utilitatibus amicoꝝ delinquẽdũ aliquãdo ſit.
Notataq; inibi: & relata quȩ Theophraſtus: &. M. Cice. ſup ea re ſcripſerũt. Ca. iii.

C Hilo prȩſtabilis homo ſapientiȩ: quonam uſq; debuerit contra legem: cõtraq;
ius pro amico progredi dubitauit. Eaq; res ĩ fine quoq; uitȩ ipſo: animum eius
auxit. Et alii deinceps multi philoſophiȩ ſectatores: ut in libris coꝝ ſcriptum
eſt: ſatis inquit ſcite: ſatiſq; ſolicite quȩſiuerunt: ut uerbis quȩ ſcripta ſunt ipſis utar:
εἰ δεῖ βοηθεῖν τῷ φίλῳ παρὰ τὸ δίκαιον. καὶ μέχρι πόσου καὶ ποῖα: ideſt nunquid
oporteat ↄtra iuſtitiã amico ſubuenire. & qua fini. & in cuiuſmodi. ea uerba ſignifica

queſiſſe eos: an nonunq̃ contra ius: contraue morẽ faciendũ ꝑ amico ſit: & in qualib9
& in quibus cauſis: & quénã aduſq; modũ. Sup hac queſtiõe quũ ab aliis ſicuti dixi:
multis tũ diligẽtiſſime a Theophraſto diſputatur: uiro ĩ philoſophia ꝑipatetica mo-
deſtiſſimo doctiſſimoq;. Eaq; diſputatio ſcripta eſt: ſi recte meminimus: in libro ei9
de amicitia primo. Eum libꝝ. M. Cicero uidet legiſſe: quũ ipſe quoq; libꝝ de amici-
tia cõponeret: & cætera qdem quæ ſumẽda a Theophraſto exiſtimauit ut ingeniũ: fa
cũdiaq; ei9 fuit: ſũpſit: & trãſpoſuit cõmodiſſime aptiſſimeq;. Hunc autem locum de
quo ſatis quæſitũ eſſe dixi: oĩum reꝝ aliaꝝ difficillimũ: ſtrictim: atq; curſim trãſgreſ
ſus eſt. Neq; ea q̃ a Theophraſto penſiculate atq; enucleate ſcripta ſunt: executus eſt.
Sed anxietate illa & quaſi moroſitate diſputationis prætermiſſa: genus ipſum rei tan
tum paucis uerbis notauit. Ea uerba Ciceronis ſi recẽſere qs uellet: appoſui. His igi-
tur finibus utẽdũ eſſe arbitror: ut cum emendati mores amicoꝝ ſũt: tum ſit inter eos
oĩum reꝝ: cõſilioꝝ: uoluntatũ ſine ulla exceptione cõitas: ut etiã ſi qua fortuna acci-
derit: ut minus iuſtæ uolũtates amicorum adiuuandæ ſint: in quibus eoꝝ aut caput
agatur: aut fama declinandũ ſit de uia: modo ne ſũma turpitudo ſequatur. Eſt enim
quatenus amicitiæ uenia dari poſſit. Quũ agetur inqt aut caput amici: aut fama de-
clinãdum eſt de uia: ut etiã nõnunq̃ uoluntatẽ illius adiuuemus. Sed cuiuſmodi de-
clinatio iſta eẽ debeat: q̃liſq; ad adiuuandũ digreſſio: & ĩ q̃ta uoluntatis amici iniqui
tate nõ dicit. Quid aũt refert ſcire in huiuſmodi periculis amicoꝝ: ſi non magna me
turpitudo inſecutura eſt: de uia recta eſſe declinãdũ. niſi id quoq; me docuerit: quam
putet magnã turpitudinẽ. & cũ deceſſero de uia: quouſq; digredi debeã. Eſt. n. inquit
quatenus dari amicitię uenia poſſit. Hoc imo ipſum eſt: qđ maxime diſcendum eſt:
quodq; ab iis: qui doceãt: minime dicitur: q̃tenus quaq; fini dari amicitiæ uenia debe
at. Chillo ille ſapiens de quo pauloante dixi: conſeruandi amici cauſa: de uia declina-
uit. Sed uideo quouſq; ꝓgreſſus eſt: falſum. n. ꝓ amici ſalute cõſiliũ dedit. Idipſũ ta-
men in fine quoq; uitę: an iure poſſit reprehẽdi: culpariq; dubitauit. Cõtra patriam
ĩquit Cicero arma ꝑ amico ſumẽda nõ ſunt: hoc ꝑfecto nemo ignorauit. & priuſquã
Theognis: ut Lucilius ait: naſceret. Sed id quęro: id deſidero: quũ ꝑ amico cõtra ius
& contra q̃ licet: ſalua tamen libertate atq; pace: faciendũ eſt: & quũ de uia (ſicut ipſe
ait) declinandũ eſt: quid: & quantũ: & in quali cauſa: & quonam uſq; id fieri debeat.
Pericles ille athenienſis egregius uir ingenio: boniſq; omnibus diſciplinis ornatus: in
una quidem ſpecie: ſed planius tamẽ: quid exiſtimaret profeſſus eſt. Nã quum ami-
cus eum rogaret: ut pro re cauſaq; eius falſum deieraret: his ad eum uerbis uſus eſt:
Δει μεσυμπραττειν τοις φιλοις αλλαμεχρι θεων. ideſt opus eſt me amicis commo
dare: ſed uſq; ad aras. Theophraſtus in eo quem dixi: libro: inquiſitus quidem ſuper
hac re ipſa & exacti9: præſſiuſq; q̃ Cicero dixerit. Sed is quoq; in docendo: nõ de uno
quoq; facto ſingulatim exiſtimat: neq; certis exemploꝝ documentis: ſed generib9 re-
rum ſummatim: uniuerſimq; utitur ad hunc ferme modum. Parua inquit & tenuis
uel turpitudo uel infamia ſubeunda eſt: ſi ea re magna utilitas amico queri põt. Re-
penditur quippe: & cõpenſatur leue damnũ delibatæ honeſtatis maiore alia grauio-
req; in adiuuando amico honeſtate. Minimaq; illa labes: & quaſi laſciuia famę immi-
nẽtis: partaꝝ amico utilitatũ ratione ſolidatur. Neq; nominibus inquit moueri nos
oportet: q; paria genere ipſo nõ ſunt: honeſtas meę famæ: & rei amici utilitas. Ponde-

ſibus hæc enim poteſtatibuſq; præſentibus: non uocabulorum appellationibus: ne
que dignitatibus generum diiudicanda ſunt. Nam quum in reb9 aut paribus: aut nō
longe ſecus: utilitas amici: & honeſtas noſtra cōſiſtit: honeſtas proculdubio prepon
derat. Quū uero amici utilitas nimio eſt amplior: honeſtatis aūt noſtræ in re non gra
ui leuis iactura eſt: tunc quod utile amico eſt: id primum illo: qđ honeſtum nobis eſt
fit plenius: ſicuti eſt magnum pōdus ęris: parua lamina auri fit ꝑcioſius. Verba ad eā
ipſa Theophraſti ſup ea re deſcripſi. ουκει τιπου τοῦ τουτω γενει τιμιωτέρον ηχ
και οτι ὀυν μερος τουτοῦ. πρὸς τοτηλικον δεθατερον συνκρινομενον αἱρετὸν εςαι
λεγω δε οἷον και χρυσιὸν τιμιωτὲρον χαλκου. και τηλικον δετου χρυσου. τωτη
λικω δε χαλκου μεγεθὸς αντιπαραβαλλομενον. πλεὸν δοξεί. αλλὰ ποι ησει τι
να τὲροπὴν. και το πληθος. και τὸ μεγετος. ideſt nō ſi quid ſuo genere alio eſt nobili9
cōtinuo quæuis quoq; pars eius: partis cuiuſlibet alterius: quo cum comparatur: col
latione eligenda ſit potius: uerbi gratia hoc modo ut & nobilius ære aurum ſit. & auri
pars quælibet portionis cuiuſlibet ęris comparatiōe: ſit pluriſ: uerum non nihil diſcri
minis: cum numerus: tum uero magnitudo efficiet. Phauorinus quoq; philoſoph9
huiuſcemodi indulgentiā gratiæ tempeſtiuius: laxato paulum: permiſſoq; ſubtili iu
ſtitię examine: his uerbis definiuit. η καλουμενη χαρης παρὰ τοις ανθρώποις τουτο
εςιν υφεσις α. κριβειας εν δεοντι. ideſt quę gratia apud homines uocatur: hoc quidem
eſt. iuris diligentioris loco & tempore imminutio. Poſt deinde idem Theophraſt9 ad
hanc ferme ſententiam diſſeruit. Has tamen inquit prauitates rerum: & magnitudies
atq; has omnis officiorum æſtimationes: alia nōnunq̄ momenta extrinſecus: atq; alia
quaſi appendices perſonarum: & cauſarum & temporum: & circunſtantię ipſius ne
ceſſitates: quas includere præcepta difficile eſt: moderantur: & regunt: & quaſi guber
nant: & nūc ratas efficiunt: nūc irrita. Hæc talia quæ Theophraſtus ſatis caute & ſo
licite & religioſe: cauſa diſcernēdi magis diſputandiq; diligentia: q̄ cum decernēdi ſen
tentia fiduciaq; diſſeruit: quoniam ꝑfecto cauſas ſcientię: corporum uarietates: diſſer
tationūq;: & differentiarum ignorantes: directum atq; perpetuum: diſtinctumq; i re
bus ſingulis pręceptum: quod ego uos ī prima tractatus iſtius parte deſiderare dixe
ram: nō capiūt. Eius autē chilonis a quo diſputatiunculę huius initium fecimus: quū
alia quędam ſūt cognitu utilia: atq; prudētia: tum id maxime exploratę utilitatis eſt:
q; duas ferociſſimas affectiones amoris: atq; odii ītra modum tatū coercuit: Hę iquit
fini ames: tāquā forte fortuna oſurus. hac itidem tenus operis: tāq̄ fortaſſe poſt ama
turus. Super hoc eodem Chilone Plutarchus philoſophus in libro περὶ ψυχης. ideſt
de anima primo uerbis ita ſcripſit. χεἰλον ο παλοιος ακουσας τἱνος λεγοντος. μη
δενα εχειν εχτρὸν. ηρωτ ησενει καὶ μηδενα φιλον εχεἰ νομιζων ἐξαναγκης επακο
λουθειν και συνεπαγεσθαι φιλιας καὶ απεχθειάς. ideſt Chilo ſenior: quum quępiam
dicētem audiſſet: nullū ſe inimicum habere: an nullum etiam amicum haberet: inter
rogauit. amicitias inimicitiaſq; inuicem conſequi & adduci neceſſe eſſe arbitratus.

Quam tenuiter curioſeq; explorauerit Antonius Iulianus in oratione Marci. Tut
uerbi ab eo mutati argutiam. Cap. iiii.

a Ntonius Iulianus rhetor perq̄ fuit honeſti: atq; ameni īgenii. Doctrina quoq;
iſta utiliore ac delectabili: ueterumq; elegantiæ cura: & memoria multa fuit.
Ad hæc ſcripta omnia antiquiora tā curioſe ſpectabat: aut uirtutes penſitabat

aut uitia rimabatur: ut iudiciū factū eſſe adamuſſim diceres. Is Iulian9 ſup eo enthymemathe: qđ eſt in orone. M. Tullii: quā pro Cn. Plāco dixit: ita æſtimauit. Sed uerba prius: de qbus iudiciū ab eo factū eſt: ipſa ponā. Quanq̄ diſſimilis pecunię debitio & gratiæ. Nā q pecuniā diſſoluit: ſtatim nō habet id qđ reddidit. Qui autem debet: æs retinet alienū. Gratiā aūt & q refert: habet: & q habet: in eo ipſo qđ habet: refert: Neq; ego nūc Plāco deſinā debere: ſi hoc ſoluero. Nec minus ei redderē uolūtate ipſa: ſi hoc moleſtiæ non accidiſſet. Criſpum ſane īquit agmen oronis: rotundūq;: ac modulo ipſo numeroꝝ uenuſtū: ſed qđ cū uenia legēdū ſit: uerbi paulū ideo īmutati: ut ſniæ fides ſalua eſſet. Namq; debitio gratiæ & pecunię collata: uerbū utrobiq; ſeruari poſſet. Ita enim recte oppoſita inter ſeſe gratiæ: pecunięq; debitio uidebitur: ſi & pecunia quidem deberi dicatur: & gratia. Sed quid eueniat ī pecunia debita ſolutaue: quid contra in gratia debita redditaue debitionis uerbo utrinque ſeruato diſſeratur. Cicero autem inquit. Quū gratię pecunięq; debitionē diſſimilē eē dixiſſet: eiuſq; ſnię rationē redderet: uerbū debet in pecunia ponit: in gr̄a habet ſubiicit: ꝓ debet. Ita. n. dicit. Gr̄am aūt & q refert: habet: & q habet: in eo ipſo qđ habet: refert. Sed id uerbū habet: cū ꝓpoſita cōparatione: nō ſatis cōuenit. Debitio enim gratię non habitio cū pecunia cōfertur. Atq; ideo ꝯſequēs qdē fuerat ſic dicere: & qui debet in eo ipſo quod debet: refert: quod abſurdū & nimis coactū foret: ſi nondū redditā gratiam: eo ipſo redditā diceret: quia debetur. īmutauit ergo inquit: & ſubdit uerbū ei uerbo: qđ omiſerat: finitimū: ut uideatur & ſenſum debitionis collatæ non reliquiſſe: & concinnitatem ſententiæ retinuiſſe. Ad hūc modum Iulianus enodabat: diiudicabatq; ueterum ſcriptorum ſententias: quas apud eum adoleſcentes lectitabant.

Quod Demoſthenes rhetor cultu corporis atq; ueſtitu probris obnoxio: īfamiq; mūdicia fuit: quodq; item Hortenſius orator ab eiuſmodi mūdicias: geſtūq; in agendo hiſtrionicū Dionyſiæ ſaltatriculæ cognomēto compellatus eſt. Cap. v.

d Emoſthenē tradūt: & ueſtitu cæteroq; cultu corporis nitido uenuſto: nimiſq; accurato fuiſſe. hic ēt κομψη illa χλαινισ και μαλακοι χιτωνισκοι: ideſt elegās illa ueſtis: & molles tuniculæ ab æmulis aduerſariiſq; ꝓbro datū: hinc etiā turpib9: īdigniſq; ī eū uerbis nō tēpatū. quū paꝝ uir: ore quoq; polluto diceref. Ad eūdē modū Hortēſi9 oībus ferme oratorib9 ętatis ſuæ: niſi. M. Tullio clarior: q multa cū mūdicia: & circū ſpecte cōpoſiteq; īdut9: & amict9 eſſet: manuſq; ei9 inter agēdū forēt argutæ admodū & geſtuoſę: maledictis cōpellatiōibuſq; ꝓbroſis iactatus eſt. multaq; in eū quaſi in hiſtrionē: in ipſis cauſis atq; iudiciis dicta ſunt. Sed quum. L. Torquatus ſub agreſti homo ingenio: & infeſtiuo: grauis acerbiuſq; apud conſilium iudicū: quū de cauſa Syllę loqueref: nō iam hiſtrione eum eſſe diceret: ſed geſticulariam Dionyſiamq; eum notiſſimę ſaltatriculę nomine appellaret. Tū uoce molli atq; demiſſa Hortenſius: Dionyſia inquit Dionyſia malo equidē eſſe: q̄ qđ tu Torquate. ἀμουσοσ ἀγροδιαιτοσ. ἀπροσιτοσ: ideſt inelegans agreſtis aditu difficilis.

Demoſthenis cultus

Hortēſius

Verba ex oratione Metelli Numidici: quam dixit ad populum in cenſura: quum eum ad uxores ducendas adhortaretur: eaq; oratio quam ob cauſā reprehēſa: & quo contra modo defenſa ſit. Cap. vi.

m Vltis & eruditis uiris audientibus legebatur oratio Metelli Numidici grauis ac diſerti uiri: quā in cenſura dixit ad populū: de ducendis uxoribus: quū eū

Metellus de uxore

ad matrimonia capeſcenda hortaretur: in ea oratiõe ita ſcriptum fuit. Si ſine uxore
poſſemus quirites eſſe. omnes ea moleſtia careremus. Sed quoniam ita natura tradi
dit: ut nec cum illis ſatis cõmode: nec ſine illis ullo modo uiui poſſit: ſaluti perpetuæ
potius q̄ breui uoluptati cõſulendũ. Videbatur quibuſdã Metellum cẽſorem cui cõ
ſilium eſſet: ad uxores ducẽdas populum hortari non oportuiſſe: nec de moleſtia in-
cõmodiſq; ꝑpetuis rei uxoriæ cõfiteri: neq; adhortari magis: q̄ diſſuadere abſterrereq;.
Sed cõtra: illud potius orationem debuiſſe ſumi dicebãt: ut & nullas plerunq; eſſe in
m̄rimoniis moleſtias aſſeueraret: & ſiq; accidere tamẽ nõnunq̄ uiderẽtur paruas & leues
facileſq; eſſe toleratu diceret: maioribuſq; eas emolumentis: & uoluptatibus oblitte-
rari. eaſdẽq; ipſas neq; oibus: neq; naturæ uitio: ſed quorundã maritoꝝ culpa & iniu-
ſtitia euenire. T. autẽ Caſtritius recte atq; condigne Metellum eſſe locutum exiſtima
bat. Aliter inquit cenſor loqui debet: aliter rhetor. Rhetori conceſſum eſt ſentẽtiis uti
falſis: audacibus: ſubdolis: captioſis: ſi modo uériſimiles ſint: & poſſint ad mouẽdos
hominũ animos qualicunq; aſtu irrepere. Propterea turpe cẽ ait rhetori: ſi quid i ma-
la cauſa deſtitutũ: atq; ĩpugnatum relinquat. Sed enim metellum inq̄t ſanctum uirũ
illa grauitate & fide præditũ: cum tanto honore: atq; dignitate uitæ: apud populum
Romanum loquentẽ nihil decuit aliud dicere: q̄ quod uerꝫ ſibi eſſe: atq; omnibus ui-
debatur: præſertim quũ ſup ea re diceret: quæ quottidiana intelligẽtia & communi p
uulgatoq; uitę uſu cõprehenderetur. De moleſtia igitur cunctis hominibus notiſſima
confeſſus: eaq; confeſſione fidem ſedulitatis: ueritatiſq; commeritus: tum deniq; faci-
le & ꝓcliuiter: quod fuit omniũ rerum ualidiſſimũ atq; ueriſſimũ perſuaſit: ciuitatem
ſaluã eſſe ſine matrimonioꝝ frequẽtia nõ poſſe. Hoc quoq; aliud: ex eadem oratione
Metelli dignũ eſſe exiſtimauimus aſſidua lectione: non hercle minus: q̄ quę a grauiſſi
mis philoſophis ſcripta ſunt. Verba Metelli hæc ſunt. Dii immortales plurimũ poſ-
ſunt ſed non plus uelle debent nobis: q̄ parentes. At parentes: ſi pergunt liberi errare:
bonis exhęredant. Quid ergo nos a diis immortalibus diutius expectemus: niſi ma-
lis rationibus finem facimus: iiſdem deos propitios eſſe ęquum eſt: qui ſibi aduerſarii
nõ ſunt. Dii immortales uirtutem approbare: non adhibere debent.

In hiſce uerbis Ciceronis ex oratione quinta in Verrem: hãc ſibi rem ſperant præſi
dio futurum: neq; mendam eſſe: nec uitium. Errareq; iſtos: qui bonos uiolant libros
& futuram ſcribunt. Atq; ibi de quodam alio Ciceronis uerbo dictum: q̄d probe ſcri-
ptum perperam mutatur. Et aſperſa pauca de modulis: numeriſq; oratiõis: quos Ci-
cero auide ſectatus eſt. Cap. vii

i N oratione Cicerõis quinta ĩ Verrem libro ſpectatę fidei: tyroniana cura: atq;
diſciplina facto: ita ſcriptũ eſt. Homines tenues obſcuro loco nati: nauigant:
adeuntq; ad ea loca: quę nunq̄ antea didicerant: neq; noti eſſent quo uenerunt: neq; ſẽ
per cum cognitoribus eſſe poſſunt. Hac una tantum fiducia ciuitatis: nõ modo apd
noſtros magiſtratus: qui & legum: & æſtimationis periculo continẽtur: neque apud
ciues ſolum romanos: qui & ſermonis: & iuris: & multarum rerum ſocietate iuncti
ſunt: fore ſe tutos arbitrãtur: ſed quocunq; uenerint: hanc ſibi rem pręſidio ſpetãt fu-
turum. Videbatur q̄pluribus in extremo uerbo menda eſſe. debuiſſe enĩ ſcribi puta-
bant: non futuꝝ: ſed futurã. neq; dubitabant: quin liber emẽdatus eſſet: ne ut i Plau
ti comœdia mœchus: ſic enim mendę ſuæ illudebant: ita in Ciceronis oratione ſolœ-

ciſmus eſſet manifeſtarius. Adeat ibi forte amicus noſter homo lectiõe multa exercitus: cui pleraq; omnia ueterũ litterarum quæſita: meditata: euigilataq; erant. Is libro inſpecto ait: nullũ eſſe in eo uerbo: neq; mendam: neq; uitium. Ciceronẽ ꝓbe ac uenuſte locutũ. Nã futurum inquit nõ refertur ad rem: ſicut legentibus temere: & incurioſe uidetur: neq; pro participio poſitum eſt: ſed uerbũ eſt indefinitũ: quod græci appellãt απάρεμφατον: neq; numeris: neq; generibus præſeruiens: ſed liberũ undiq; & impromiſcuum eſt. Quali. C. Gracchus uerbo uſus eſt in oratione: cuius titulus eſt de. Q. Popilio circum conciliabula: in qua ita ſcriptum eſt. Credo ego inimicos meos hoc dicturũ. Inimicos inquit dictuꝝ: & non dicturos. Videtur ne ea ratõe poſitum apud Gracchum dicturũ: qua eſt apud Ciceronẽ futurũ? ſicut ĩ græca oratione ſine ulla uitii ſuſpitione omnibus numeris: generibuſq; ſine diſcrimine attribuuntur huiuſmodi uerba ποιησειν ἔσεσθαι. i. futurũ: λεξειν ἔσεσθαι dicturum & ſimilia. In Q. quoq; quadrigari tertio annali libro uerba hæc eſſe dixit. Dum hi conciderentur: hoſtiũ copias ibi occupatas futurũ. In. xii. annali eiuſdem quadrigarii principium libri ſic ſcriptũ. Si pro tua bonitate & noſtra uolũtate tibi ualitudo ſuppetit: eſt quod ſperemus: deos bonis benefacturũ. Itẽ in Valerii antiatis libro. iii. &. xx. ſimili modo ſcriptũ eſſe. Si hęc res diuinę facte: recteq; perlitatæ eſſent: aruſpices dixerũt oĩa ex ſententia proceſſurum. Plautus etiam in caſina quũ de puella loqueretur: occiſurũ dixit: nõ occiſurã his uerbis. Etiam nę habet Caſina gladiũ? Sta habet. Sed duos: qbus altero te occiſuꝝ ait: altero uillicum. Itẽ Laberius ĩ Gemellis. Nõ putauit inqt hoc eam facturũ. Non ergo iſti omnes ſolœciſmus quid eſſet ignorauerunt. Sed & Gracchus dicturũ: & quadrigarius. futurũ: & benefacturũ: & Plautus occiſurum: & Antias proceſſurũ: & Laberius factuꝝ: indefinito modo dixerunt. qui modus neq; ĩ numeros: neq; in perſonam: neq; in genera diſtribuitur. Sed oĩa iſtæc una eadẽq; declinatiõe cõplectitur. Sicuti. M. Cicero dixit futurũ: nõ uirili genere: neq; neutro. ſolœciſmus enim foret plane. ſed uerbo uſus eſt ab omni neceſſitate generũ abſoluto: Idem autẽ ille amicus noſter in eiuſdem. M. T. Ciceronis oratione: quæ eſt de imperio Gn. Pompeii: ita ſcriptũ eſſe a Cicerone dicebat atq; ipſe ita lectitabat. Quũ noſtros portus. atq; eos portus: quibus uitam ac ſpiritũ ducitis: ĩ prædonum fuiſſe poteſtatem ſciatis. Neq; ſolœciſmum eſſe aiebat: ĩ poteſtatem fuiſſe: ut uulgus ſemidoctum putat: ſed ratione dictum certa & proba: contendebat: qua & græci ita uterentur & Plautus uerborũ latinoꝝ elegãtiſſimus ĩ Amphytriõe dixit. Nũc uero mihi ĩ mentẽ fuit? nõ ut dici ſolitũ ẽ ĩ mente. Sed enĩ præter Plautũ: cuiꝰ ille ĩ preſenti exẽplo uſus ẽ: multã nos quoq; apud ueteres ſcriptores locutionũ taliũ copiã offẽdimꝰ atq; his uulgo annotamentis inſperſimus. Vt rationẽ iſtam miſſã facias & auctoritates: ſonus q ευφωνια. i. uoculatio tãtũ: & poſitura ipſa uerboꝝ ſatis declarãt: id potius επιμελεστάτων λεξεων. i. uocabulorum delectui diligẽti: modulamẽtiſq; orõnis M. Tullii conueniſſe: ut quoniã utrumuis dici latine poſſet: ꝑtãtẽ dicere mallet: non ꝑtãte. Illud enĩ ſic cõpoſitũ iocundius ad aurem. compectiuſq;: inſuauius hoc imperfectiuſq; eſt: ſi modo ita explorata aure homo ſit: nõ ſurda: nec iacẽti. ſicuti eſt hercle quod explicauit dicere maluit: q̃ explicuit: quod eẽ iã uſitatius cœperat. Verba ſunt hæc ipſius in exhortatione quã de imperio Cn. Pompeii habuit. Teſtis eſt ſicilia: quã multis undiq; cinctam periculis non terrore belli: ſed conſilii celeritate explicauit.

At ſi explicuit diceret: imperfecto & debili numero uerboꝝ ſonus clauderetur?

Hiſtoria in libris Phocionis philoſophi reperta ſuper Laide meretrice: & Demoſthene rhetore. Cap. viii.

Demoſthenes Lais meretrix

p Hocion ex peripatetica diſciplina: haud ſane ignobilis uir fuit. Is libꝝ multę uarięq; hiſtorię: refertum compoſuit: eumq; iſcripſit: κέρωσ αμαλθείασ. ea uox hoc ferme ualet: tanq̄ ſi dicas cornu copię in libro ſuper Demoſthene rhetore: & Laide meretrice: hiſtoria hęc ſcripta eſt. Lais inquit corinthia ob elegantiam: uenuſtatemq; formæ grandem pecuniam demerebat. Cōuentuſq; ad eam ditiorum hominum ex omni græcia celebres erant. neq; admittebatur: niſi qui dabat: quod popoſcerat. Poſcebat autem illa nimiam quātitatem. Hic ait natum eſſe illud frequens apud græcos adagiū ου παντος ανδρος εσ κορινθον εσθ ο πλοισ: ideſt. Nō uiri cuiuſq; eſt corinthum petere: ꝙ fruſtra iret corintum ad Laidam: qui non quiret dare: quod poſceretur. Ad hanc ille Demoſthenes clāculum adit: & ut ſui copiam faceret: petit. At Lais μύριασ δραχμάσ. ideſt decem drachmarum milia popoſcit: hoc facit nūmi noſtratis denarium decem milia: tali petulantia mulieris atq; pecuniæ magnitudine ict9 expauiduſq; Demoſthenes auertitur. & diſcedens: Ego inquit pœnitere tanti nō emo Sed Græca ipſa: quę fertur dixiſſe lepidiora ſunt: ουκ ωνου μαι inquit μυριων δραχμων μεταμελειαν: ideſt non emo centum ſeſtertiis pœnitere.

Qui modus fuerit: quis ordo diſciplinæ pythagoricæ quantūq; temporis imperatum obſeruatumq; ſit. dicendi ſimul ac tacendi. Cap. ix.

Pythagorica diſciplina

o Rdo ac ratio Pythagorę: ac deinceps familiæ ſucceſſionis eius: recipiendi inſtituendiq; diſcipulos: huiuſcemodi fuiſſe traditur. Iam a principio adoleſcētes: qui ſeſe ad diſcēdum obtulerāt: εφυσιογνωμονει: ideſt per naturę īdicia penſiculabat: id uerbum ſignificat: mores: naturaſq; hominum coniectatione quadam: de otis & uultus ingenio: deq; totius corporis filo: atq; habitu ſciſcitari. Tum qui exploratus ab eo: idoneuſq; fuerat: recipi in diſciplinā ſtatim iubebat. & tempus certum tacere: nō oēs idem: ſed aliud alius tēpus: pro æſtimato captu ſolertię. Is autem qui tacebat quę dicebātur ab aliis: audiebat. Neq; ꝑcontari. ſi parū ītellexerat: neq; ꝯmētari: quę audierat: fas erat. Sed nō min9 q̄ſq̄ tacuit: q̄ biēniū. Hi prorſus appellabantur intra tempus tacēdi audiēdiq; ακουστικοί. i. auditores. Aſt ubi res didicerant reꝝ oium difficillimas tacere: audireq;. atque eſſe iam cœperant ſilentio eruditi: cui erat nomen εχεμυθια: ideſt taciturnitas: tum uerba facere & quęrere: quæq; audiſſent: ſcribere: & quę ipſi opinarentur expromere poteſtas erat. hi dicebantur in eo tempore μαθηματικοι: ideſt diſciplinis uacantes: ſcilicet ab iis artibus: quas iam diſcere atq; meditari inceptauerant: quoniā geometriam: gnomonicam: muſicam: cęteraſq; itē diſciplinas altiores μαθηματα: ideſt diſciplinas: ueteres gręci appellabāt. Vulgus autem: quos gentilico uocabulo chaldeos dicere oportet: mathematicos dicit. Ex inde his ſcientiæ ſtudiis ornati: ad perdiſcenda mundi opera: & principia naturę procedebant. At tūc deniq; noīabantur. φυσικοι: ideſt naturales. Hęc eadem ſuper Pythagora noſter Taurus quum dixiſſet: nunc autem inquit iſti: qui repente pedibus illotis ad philoſophos diuertunt: non eſt hoc ſatis: quod ſunt omnino αθεωρητοι αμουσοι αγεωμετρητοι: ideſt a contemplatiōe muſica: geometria: penitus alieni: ſed legem etiā dant: qua philoſophari diſcant. Alius ait: hoc me primum doce. Item alius: hoc uolo inq̄t diſcere

illud nolo. Hic a Sympoſio Platonis incipe geſtit: pp̄ Alcibiade cōmeſſationē. Ille a Phedro pp̄ Lyſiæ orationē. Eſt etiā inquit proh Iuppiter: q̄ Platonē legere poſtulet: non uitæ ornandæ: ſed liguæ orationiſq; comēdę gratia: nec ut modeſtior fiat: ſed lepidior. Hæc Taurus dicere ſolitus nouicios philoſopho℞ ſectatores: cum ueterib9 Pythagoricis penſitās. Sed id quoq; nō pretereundū eſt: q̄d oēs ſimul: qui a Pythagora in cohortē illā diſciplina℞ recepti erant: q̄d quiſq; familiæ pecunięq; habebāt: i medium dabāt. Et cohibebatur ſocietas inſeparabilis: tanq̄ illud fuerit antiquū cōſortiū: quod re atq; uerbo romano appellatur: κοινόβιον: ideſt contubernium.

Quibus uerbis compellauerit Phauorinus philoſophus adoleſcentem: uetuſte nimis & priſce loquentem. Cap. x.

Phauorinus philoſophus adoleſcenti uete℞ uerborum cupidiſſimo: & pleraſq; uoces nimis priſcas: & ignotiſſimas in quottidianis cōmunibuſq; ſermonibus expromenti. Curius inquit & Fabritius & Coruncanius antiquiſſimi nr̄i: & his antiquiores Horatii illi trigemini plane & dilucide cum ſuis fabulati ſunt. Neq; auruncor℞ aut ſicanorum: aut pelaſgo℞: qui primi coluiſſe Italiā dicuntur: ſed ætatis ſuæ uerbis locuti ſunt. Tu autem perinde quaſi cum matre Euandri nunc loquare ſermone multis annis iam deſito uteris: q; ſcire atq; intelligere neminē uis: quæ dicas: Nonne homo ineptæ: ut quod uis abunde conſequaris: taceres? ſed antiquitatem tibi placere ais: q; honeſta: & bona: & ſobria: & modeſta ſit. uiue ergo moribus præteritis loquere uerbis pręſentibus. Atq; id q̄d a. C. Cæſare excellentis ingenii ac prudentię uiro. In primo de analogia libro ſcriptum eſt: habe ſemper in memoria atq; in pectore: ut tanq̄ ſcopulū: ſic fugias inauditum: atq; inſolens uerbum: C. Cæſar

Quod Thucydides hiſtorię ſcriptor inclytus: lacedęmonius in acie non tuba: ſed tibiis eſſe uſos dicit. verbaq; eius ſuper ea re poſita. Quodq; Herodotus Halyaten regem fidicinas in procinctu habuiſſe tradit: atq; inibi quædam notata de Gracchi fiſtula concionaria. Cap. xi.

Auctor hiſtoriæ græcæ grauiſſimus Thucydides lacedęmonios ſummos bellatores: non cornuum tubarumue ſignis: ſed tibiarum modulis in prœliis uſos eſſe refert. Non prorſus ex aliquo ritu religionū: neq; rei diuinę gratia: neq; autem ut excitarentur: atq; euibrarentur animi: quod cornua & litui moliuntur: ſed contra ut moderatiores: modulatioreſq; fierent: quod tibicinis numeris temperatus. Nihil adeo in congrediendis hoſtibus: atq; in principiis prœlio℞ ad ſalutē uirtutemque aptius rati: q̄ ſi permulcti ſonis mitioribus non īmodice ferocitent. Quum procinctæ igitur claſſes erant. & inſtructa acies: cœptūq; in hoſtem p̄gredi: tibicines inter exercitū poſiti: canere incœptabant. Ea ibi pręcentiōe tranq̄lla & uenerabili quadā: quaſi militaris muſicæ diſciplina: uis & ĩpetus militū: ne ſparſi: diſpalatiq; prorueret: cohibebatur. Sed ipſius illius egregii ſcriptoris uti uerbis libet: quæ & dignitate: & fide grauiora ſūt. καὶ μετὰ ταῦτα ἡ ξύνοδος ἦν: ἀργεῖοι μὲν καὶ οἱ ξύμμαχοι ἐντόνως καὶ ὀργῇ χωροῦντες: λακεδαιμόνιοι δὲ βραδέως καὶ ὑπὸ αὐλητῶν πολλῶν ὁμοῦ ἐγκαθεστώτων. οὐ τοῦ θείου χάριν. ἀλλ᾽ ἵνα ὁμαλῶς μετὰ ῥυθμοῦ βαίνοντες προσέλθοιεν. καὶ μὴ διασπασθείη αὐτῶν ἡ τάξις ὅπερ φιλεῖ τὰ μεγάλα στρατόπεδα ἐν ταῖς προσόδοις ποιεῖν. i. poſt hæc congrediebantur argiui quidem ſociiq; acriter & impetu adorientes. Lacedęmonii cōtra ſub tibiarū pręcentione: ſtipato agmine maturātes

non adeo uoluptatis cauſa: uerum ut æquabili modulatoq; ſenſim ingreſſu conuenien-
tes pugnã capeſcerent: nec ſuos ordines diſtrahi ſinerent: quod ſemper ampliſſimas
copias agere: ubi congrediendũ eſt: nimirum decet. Cretenſes quoq; prœlia igredi ſoli-
tos memorię datũ eſt. præcinẽte ac præmoderãte cythara greſſus. Halyates autẽ rex
terrę Lydię: more atq; uſu barbarico præditus: quũ beliũ mileſiis faceret: ut Herodo-
tus in hiſtoriis tradit: concinentes habuit fiſtulatores & fidicines: atq; fœminas etiam
tibicinas in exercitu: atq; in procinctu habuit: laſciuientiũ delitias cõuiuiorum. Sed
enĩ achæos Homerus pugnã indipiſci ait: nõ fidicularum tibiarũq; concentu: uerum cõ
ſpiratu tacito nitibundos οἱ δ᾽ ἄρ᾽ ἴσαν σιγῇ μένεα πνείοντες ἀχαιοὶ ἐν θυμῷ μεμα-
ῶτες ἀλεξέμεν ἀλλήλοισιν: ideſt. Aſtibant taciti ſpirãtes robur achiui: Inq; uicem
auxilium cupida ſibi mente ferebant. Quid ille uult ardentiſſimus clamor militum
Romanorum: quẽ in cõgreſſibus prœliorum fieri ſolitũ ſcriptores annaliũ memorauere.
Contra ne inſtitutũ fiebat antiquæ diſciplinæ tam ꝓbabile. An tum etiam gradu cle-
menti: & ſilentio eſt opus: quum ad hoſtem itur in conſpectu longinquo procul di-
ſtãtem. Quum uero prope ad manus uentũ eſt: tum iam e propĩquo hoſtis & impe-
tu propulſandus: & clamore terrendus eſt. Ecce autẽ pro tibicina laconia tibię quoq;
illius concionatorię in mẽtẽ uenit: quam. C. Graccho cum populo agente præiſſe: ac
C. grac chi fiſtula
prẽmõſtraſſe modulos ferũt. Sed nequaq̃ ſic eſt: ut a uulgo dicitur canere tibia ſolitũ
qui pene eum loquentẽ ſtaret: uariiſq; modis tum demulcere animũ: actionẽq; eius:
tum intẽdere. Quid enim foret ea re ineptius. ſi ut planipedi ſaltãti: ita Graccho con
cionanti numeros & modos: & frequentamenta quędam uaria: tibicen incineret. Sed
q hoc cõpertius memoriæ tradiderũt: ſtetiſſe in circunſtantibus dicunt occultius: qui
fiſtula breui: ſenſim grauiuſculũ ſonum inſpiraret: ad deprimendũ ſedandũq; impe-
tus uocis eius. Referueſcente nãq; impulſu: & inſtinctu extraneo naturalis illa Grac-
chi uehementia indiguiſſe non (opinor) exiſtimãda eſt. M. tamen Cicero fiſtulatorem
iſtum utriq; rei adhibitũ eſſe a Graccho putat: ut ſonis tum placidis: tum citatis: aut
demiſſam iacentemq; orationẽ eius erigeret: aut ferocitatem ſæuientemq; cohiberet:
Verba ipſius Ciceronis appoſui. Itaq; idem Gracchus: quod potes audire Catule ex
Licinio cliente tuo litterato homine. quem ſeruũ ibi habuit ille ad manũ cũ eburnea
ſolitus eſt habere fiſtula: qui ſtaret poſt ipſum occulte: quũ concionaret: peritum ho-
minem q iflaret celeriter eum ſonum: q illum aut remiſſũ excitaret: aut a contentione
reuocaret. Morẽ aũt illũ ingrediẽdi ad tibicinũ modulos prœlii iſtitutum eſſe a Lace-
dęmoniis Ariſtoteles i libris ꝓblematũ ſcripſit: quo manifeſtior fieret: exploratiorq;
militũ ſecuritas: & alacritas. Nam diffidẽtię inqt & timori: cum ĩgreſſiõe huiuſcemo-
di minime conuenit: & mœſti ac formidantes ab hac tam ĩtrepida: & tam decora icen-
dendi modulatione alieni ſunt. Verba pauca Ariſtotelis ſup ea re appoſui. διότι
ἐὰν πολεμεῖν μέλλωσι. πρὸς αὐλὸν ἐμβαίνωσιν. ἵνα τοὺς δειλοὺς ἀσχημονοῦν-
τας γινώσκωσιν. ideſt quãobrem ubi commiſſuri prœlium ſint: ad tibię modulos cõ-
grediantur. ut timidos minus honeſte agentes iudicent.

Virgo Veſtę quid ętatis: & ex quali familia: & quo ritu: quibuſq; cerimoniis: ac re-
ligionibus: ac cognomĩe a pontifice maximo capiatur. Et quo ſtatim iure eſſe icipiat:
ſimulatq; capta eſt. Quodq;: ut Labeo dicit: nec inteſtato cuiq̃: nec eius inteſtatę q̃s
iure hęres eſt. Cap. xii.

Vide uirgine capienda ſcripſerũt: quoꝝ diligẽtiſſime ſcripſit Labeo Antiſtius minorẽ q̄ annos. vii. maiorẽ q̄ annos. x. natã negauerũt capi fas eẽ. Itẽ quæ nõ ſit patrima: & mr̄ima. Itẽ quæ lingua debili: ſenſuue auriũ diminuta: aliaue q̄ corporis labe inſignita ſit. Itẽ quę ipſa: aut cuiꝰ pater emãcipatꝰ ſit: etiã ſi uiuo p̄re in auipt̃ate ſit. Itẽ cuius parẽtes alter amboue ſeruitutẽ ſeruierũt: aut in negociis ſordidis diuerſãtur. Sed eã cuius ſoror ad id ſacerdociũ lecta ſit: excuſationẽ mereri aiũt: Itẽ cuius p̄r flamẽ: aut augur: aut q̄ndecimuir ſacris faciũdis: aut q ſeptẽuir epulonũ aut ſalius eſt: Spõſæ quoq; põtificis: aut tibicinis ſacroꝝ filię uacatio a ſacerdocio iſto tribui ſolet. Præterea capito Atteius ſcriptũ reliq̄t: neq; eius legẽdã filiã: q domiciliũ In Italia nõ haberet: & excuſandã eius: q liberos tris nõ haberet. Virgo aũt ueſtalis ſimul eſt capta: & in atriũ ueſtæ deducta: & põtificibꝰ tradita ẽ: eo ſtatim t̄pe ſine emãcipatione. ae ſine capitis minutione: e p̄ris poteſtate exit: & ius teſtamẽti faciundi adipiſcitur. De more autẽ: rituq; capiũdę uirginis litteræ q̄dem antiquiores nõ extant: niſi quæ capta prima eſt: a Numa rege eſſe captã. Sed papiã legem inuenimus: qua cauetur: ut pontificis maximi arbitratu uirgines e populo uiginti legãtur. Sortitioq; in cõcione ex eo numero fiat. Sed ea ſortitio ex lege papia nõ neceſſaria nũc uideri ſolet: Nã ſi quis honeſto loco natus adeat ponti. maxi. atq; offerat ad ſacerdotiũ filiã ſuã: cuius dũtaxat ſaluis religionũ obſeruationibꝰ: ratio haberi poſſit gratia popiliæ legis p ſe ratũ ſit. Capi autẽ uirgo propterea dici uidetur: q̄a pontificis maxi. manu prehenſa: ab eo parente: in cuius poteſtate eſt: ueluti bello capta abducitur. In libro primo Fabii pictoris: quæ uerba ponti. maxi. dicere oporteat: quũ uirginẽ capit: ſcriptũ eſt. Ea uerba hæc ſunt. Sacerdotẽ ueſtalẽ: quæ ſacra faciat: quæ iuſſi: & ſacerdotẽ ueſtalẽ facere p̄ po. ro. q̄ritibꝰ uti: q̄ optima lege fiat: ita te amata capio. Pleriq; ãt capi uirginẽ ſolã debere putãt. Sed flamines quoq; diales: itẽ põtifices & augures capi dicebãtur. L. Sylla reꝝ geſtaꝝ li. ii. ita ſcripſit. P. Cornelius: cui primũ cognomẽ Syllæ impoſitum eſt: flamẽ dialis Captus. M. Cato de luſitanis: quũ Ser. Galbã accuſauit: eum dicit ius põtificũ dicere noluiſſe. Ego me nũc uolo ius põtificũ optime ſcire. Iam ne ea cauſa põtifex capiat? Si uolo auguriũ optime tenere: ecquis ob eam rẽ augurẽ capiat? Prętęrea etiã in cõmẽtariis Labeonis: quæ ad. xii. tabulas ꝯpoſuit: ita ſcriptũ ẽ. Virgo Veſtalis neq; heres ẽ cuiq̄ inteſtato: neq; inteſtatæ q̄ſq̄: ſed bona eius ĩ publicum redigi aiunt. Id quo iure fiat quæritur. Amata intercapiẽdũ a pont: maxi. appellatur: quoniam quæ prima capta eſt. hoc fuiſſe nomine tradita eſt.

Quæſitum in philoſophia eſt: quidnã foret in recepto mandato rectius id ne omnino facere: quod mandatum eſt. an nõnunq̄ etiã contra ſi id ſperes ei: qui mãdauit utilius fore? Superq; ea quæſtione expoſitæ diuerſæ ſententiæ. Cap. xiii.

N officiis capiẽdis: cenſendis iudicandiſq;: quæ καθηκοντα: ideſt expediẽtia & conueniẽtia philoſophi appellãt: quæri ſolet an negocio tibi dato: & q̄cq̄d oĩno faceres: definito. contra quid facere debeas: ſi eo facto uideri poſſit res euentura proſperius: exq; utilitate eius: qui id tibi negociũ mandauit. Anceps quæſtio: & in utranq; partem a prudentibus uiris arbitrata eſt. Sunt enim non pauci qui ſententiam ſuam una in parte defixerunt. & re ſemel ſtatuta: deliberataq; ab eo: cuius negociũ id põtificiũq; eſſet: nequaq̄ putauerũt cõtra dictũ eius faciendũ: etiã ſi repẽtinꝰ aliq̄s caſus rem cõmodius agi poſſe polliceretur. Ne ſi ſpes fefelliſſet: culpa ĩpatientiæ:

& pœna indeprecabilis ſubeunda eſſet. Si res forte melius uertiſſet: diis quidē gratiā
habendā: Sed exēplū tamē intromiſſum uideretur: quo bene cōſulta cōſilia religione
mādati ſoluta corrūperent. Alii exiſtimauerūt incōmoda prius: quę metuendę eēnt
ſi res geſta aliter foret. q̃ impatū eſt: cū emolumēto ſpei penſitanda eē. Etſi ea leuiora
minoraq; at utilitas cōtra grauior & amplior: ſpe q̃tū poteſt firma oſtenderetur: tū
poſſe aduerſum mādata fieri cenſuerūt: ne oblata diuinitus rei bene gerendæ occaſio
amitteretur. Neq; timēdū exēplum nō parendi crediderunt: ſi rōnes huiuſcemodi dū
taxat nō adeſſent. Cū primis aūt reſpiciendū putauerunt ingeniū naturāq; illius cui
ea res pręceptūq; eēt ne ferox, durus: indomitus inexorabiliſq; ſic: qualia fuerint po
ſthumiana imperia: & manliana. Nā ſi tali pręceptori ratio reddēda ſit: nihil faciēdū
eſſe monuerūt aliter: q̃ præceptū eſt. Inſtructius deliberatiuſq; fore arbitramur theo
P. Craſſus rematiū hoc de mādatis huiuſcemodi aſſequēdis: ſi exemplū quoq; P. Craſſi Mutiani
clari: ac inclyti uiri appoſuerimus. Is Craſſus a Sēpronio Aſelliōe: & pleriſq; aliis hi
ſtoriæ romanę ſcriptoribꝰ traditur quiq; habuiſſe reꝝ bonarū maxima & præcipua
ꝗ eſſet ditiſſimus: ꝗ nobiliſſimus: ꝗ eloquētiſſimus: ꝗ iuriſconſultiſſimus: ꝗ pont.
maxi. Is quū in conſulatu obtineret aſiā ꝓuinciam: & circūſedere oppugnareq; Leu
cas oppidū pararet: opuſq; eſſet firma ac ꝓcera trabe: quę arietem faceret: quo muros
eius oppidi quateret: ſcripſit ad magiſtꝝ αρχιτεκτονα molis atheniēſiū: ſociorum
amicorūq; po. Ro. ut ex malis duobus: quos apud eos uidiſſet: uter maior eſſent: eū
mittēdū curaret. Tum magiſter αρχιτεκτων cōperto: q̃obrē malū deſideraret. non
uti iuſſus erāt: maiorē: ſed quē eſſe magis idoneū: aptiorēq; faciēdo arieti: faciliorēq;
portatu exiſtimabat: minorē miſit. Craſſus eū uocari iuſſit: & quū interrogaſſet: cur
nō quē iuſſerat miſiſſet cauſis rōnibus quas dictitabat: ſpretis ueſtimēta detrahi ipe
rauit. uirgiſq; multis cecidit. Corrūpi atq; diſſolui officiū oē imperātis ratus: ſi qs ad
id qd facere iuſſus ē: non obſequio debito: ſed cōſilio nō deſiderato reſpōdeat.

Quid dixerit feceritq; C. Fabritius magna uir gloria: magniſq; rebus geſtis: ſed fa
miliæ pecuniæq; inops: quum ei ſamnites tanq̃ indigenti graue aurum donarent: ple
numq; odii. Cap. xiiii.

i Vlius Iginus in libro de uita: rebuſq; illuſtriū uiroꝝ ſexto. legatos dicit a ſāni
tibus ad. C. Fabritiū impatorē po. ro. ueniſſe: & memoratis multis: magniſq;
C. fabricius rebꝰ: quæ bene & beniuole poſt redditā pacē Sānitibus feciſſet: obtuliſſe dono gran
dem pecuniā: oraſſeq; uti acciperet: uteretur q;. Atq; id facere Samnites dixiſſe: q uide
rēt multa ad ſplendorem domus atq; uictus deferri: neq; pro magnitudine dignitateq;
lautū paratumq; eſſe. Tum Fabritium planas manus ab auribus ad oculos: & infra de
inceps ad nares: & ad os: & ad gulam: atq; inde porro ad uentrem imum deduxiſſe: &
legatis ita reſpondiſſe: dum illi omnibus membris: quæ attigiſſet: obſiſtere: atq; impe
rare poſſet: nunq̃ quicq̃ defuturum. Propterea pecuniam: qua ſibi nihil eſſet uſus: ab
iis quibus eam ſciret uſui eſſe: non accipere.

Quod importunum uitium ſit futilis: inaniſq; loquacitas: & q̃ multis i locis a pri
cipibus utriuſq; linguæ uiris deteſtatione iuſta culpata ſit. Cap. xv.

Vi ſunt leues: & futiles: & importuni locutores: quiq; nullo reꝝ pondere in
q nixi uerbis humidis: & lapſantibꝰ defluūt: eoꝝ orōnē bene exiſtimatū eſt in
ore naſci: nō in pectore. Linguā aūt debere aiūt non eſſe liberā: nec uagā: ſed

uinclis de pectore imo ac de corde aptis moueri:& quaſi gubernari. Sic eni uideas quoſdā ſcatere uerbis:ſine ullo iudicii negocio cū ſecuritate multa & profunda:ut loquētes plerūq; uideantur: loqui ſeſe neſcire. Vlyxem cōtra Homerus uirū ſapiēti facundia præditū:uocē mittere ait nō ex ore:ſed ex pectore. Quo ſcilicet non ad ſonū magis habitūq; uocis:q̄ ex ſententiaꝶ penitus conceptaꝶ altitudine pertineret. Petulantiæq; uerboꝶ coercēdę uallū eſſe oppoſitū dentiū:luculēte dixit:ut loquēdi temeritas non cordis tantum cuſtodia:atq; uigilia cohibeatur:ſed ex quibuſdam quaſi excubiis in ore poſitis ſepiatur. Homerica de quibus ſupra dixi:hęc ſunt.

αλλοτε Δηοπατε μεγαλην εκςηθεοςιει.
Τεκνον εμον ποιον σε επος φυγεν ερκος ὀδοντων. ideſt: o o
Aſt ubi iam magnam fundebat pectore uocem.
Dentis clauſtra tui uox qualis nata reliquit.

uelis πολυφιλιαν.i. multoꝝ amicitiā: aut πολυτροπιαν.i. multiplices ac uarios mo
res: aut πολυσαρκιαν.i. corpulentiā. Quāobrē quū diutile tacitus i cogitādo fuiſſem
reſpõdi tandē nõ uideri mihi ſignificari eā rem poſſe uno noīe. Et iccirco iuncta orone
qd uellet gręcū id uerbū parauerā dicere. Ad multas igitur res aggreſſio: earūq̄ȝ oīum
reꝝ actio πολυπραγμοσυνην in q̄ gręce dr̄: de q̄ hūc libꝝ cõpoſitū eſſe iſcriptio iſta
indicat. Tum ille opicis uerbis meis īchoatis: & incõditis abductus uirtutē qdem eſſe
πολυπραγμοσυνην.i. curioſitatē. Hortatur inqt nos ꝑfecto neſcio qs hic. Plutarch⁹
ad negocia capeſſēda: & ad res obeūdas plurimas: cū induſtria: & celeritate. Nomēq̄ȝ
ipſi⁹ uirtutis de q̄ locutur⁹ eſſet: libro ipſi: ſicuti dicis: nõ incõmode prę ſcripſit. Mini
me inq̄ uero: neq̄ȝ.n. iſta oīno uirt⁹ eſt: cuius gręco noīe argumētū hoc libri demõſtra
tūr. Neq̄ȝ id qd̄ tu opinare: aut ego me dicere ſentio: aut Plutarchus facit. Deterret eni
nos hoc qdē in libro q̄ poteſt maxime ab auaritia: ꝑmiſcuaq̄ȝ & non neceſſaria rerum
eiuſcemodi plurimaꝝ: & cogitatiõe: & petitione. Sed inq̄: tui erroris culpā eſſe intel
ligo in mea ſcilicet facundia: qui ne pluribus quidem uerbis potuerim non obſcuriſſi
me dicere: quod a gręcis perfectiſſime uno uerbo & planiſſime dicitur.

Quid ſignificat in ueteribus prætorum edictis: quod flumina retanda publice re/
dempta habent. Cap. xvii.

D Icta ueterum pretorum ſedentibus forte nobis in bibliotheca templi Traiani: & aliud quid requirētibus: quū in manus īcidiſſent legere: atq; cognoſcere libitū eſt. Tum in quodā edicto antiquiore ita ſcriptū inuenimus. Qui flumia retā da publice redēpta habēt: ſi quis eorum ad me adductus fuerit: qui dicatur: q eū ex lege locatiōis facere oportuerit: nō feciſſe. Retāda igitur qd eſſet: quærebatur. Dixit ibi qſpiam nobiſcū ſedens amicus meus in libro ſe Caii de origie uocabulorum ſeptimo legiſ/ ſe. Retas uocari arbores: quæ aut ex ripis fluminū corruerent: aut in alueis eorū exta rent. appellataſq; eſſe a retibus: qđ pretereuntes naues impedirent: & quaſi retinerent Idcirco ſeſe arbitrari: retanda flumina locari ſolita eſſe: ideſt purgāda: nequid aut mo ræ: aut periculi nauibus in ea uirgulta incidentibus fieret. Retas Retanda flamina

Qua pœna Draco athenięſis in legibus quas populo Athenienſi ſcripſit: fures affi ceret. Et qua poſtea Solon: & qua item deceūuiri noſtri: qui. xii. tabulas ſcripſerūt. At q inibi adſcriptum q apud ægyptios furta licita: & permiſſa ſunt. Apud lacedæmonios autem cū ſtudio quoq; affectata: & pro exercitio utili celebrata. Ac præterea. M. Catonis de puniendis furtis digna memoria ſententia. Cap. xviii.

D Raco athenienſis uir bonus: multaq; eſſe prudētia exiſtimatus iuriſq; diuini: & humani peritus fuit. Is draco leges: qbus athenięſes uterētur: primus oium tulit. in illis legibus furē cuiuſcunq; modi furti ſupplicio capitis puniendum eſſe: & alia pleraq; nimis ſeuere cenſuit: ſanxitq;. Eius igitur leges: quoniā uidebantur ipendio acerbiores: nō decreto: iuſſoq;: ſed tacito: illitteratoq; athenięſium cōſenſu ob litteratæ ſunt. Poſtea legibus aliis mitiorib9 a Solone cōpoſitis uſi ſunt. Is Solō ex ſe ptem illis inclytis ſapientibus fuit. Is ſua lege in fures: non ut Draco antea mortis: ſed dupli pœna uindicandū exiſtimauit. Deceūiri aūt noſtri qui poſt reges exactos leges: qbus populus Romanus uteretur: in. xii. tabulis ſcripſerunt. Neq; pari ſeueritate in puniēdis oium generum furibus: neq; remiſſa nimis lenitate uſi ſunt. Nā furē qui manifeſto furto prehenſus eſſet: tū demū occidi pmiſerūt: ſi aut quū faceret furtum: nox eſſet: aut iterdiu ſe telo: quū prehēderetur: defenderet. Ex cæteris autē manifeſtiſ furib9 liberos uerberari: addiciq; iuſſerūt ei: cui factū furtū eſſet. ſi modo id luci feciſſent: neq; ſe telo defendiſſent. ſeruos item furti manifeſti prehenſos uerberibus afficit & ex ſaxo præcipitari. ſed pueros impuberes prætoris arbitratu uerberari uoluerunt: noxāq; ab his factā ſanciri. Ea quoq; furta: quę per lancem: liciūq; cōcepta eſſent: perinde ac ſi manifeſta forēt: uidicauerūt. Sed nūc a lege illa deceūirali diſceſſum eſt. Nā ſi qs ſup manifeſto furto iure: & ordine experiri uelit: actio i quadruplū datur. Manifeſtū autem furtū eſt: ut ait Maſurius: qđ deprehēditur: dum fit. faciēdi finis eſt quū platum ē: quo ferri cœperat. Furti cōcepti: item oblati: tripli pœna eſt. Sed quod ſit oblatum: quod conceptū: & pleraq; alia ad eā rem: ex egregiis ueterū moribus accepta. neq; inutilia cognitu: neq; iniucūda: qui legere uolēt. inuenient Sabini librum: cui titulus eſt, de furtis. In quo id quoq; ſcriptū eſt: qđ uulgo inopinatum. Non hoium tantū neq; rerum mouentiū: quę auferri occulte: & ſurripi poſſunt: ſed fundi quoq; & ædium fieri furtū Cōdemnatū quoq; furti colonū: qui fundo: quē conduxerat uendito: poſſeſſione eius dominum interuertiſſet. Atq; id etiā: qđ magis inopinabile eſt. Sabinus dicit. Furem Draco legiſlator Solon

eſſe hoīs iudicatum: qui quū fugitiuis prȩter oculos domini forte iret: obtētu togȩ tā q̄ ſe amiciēs: ne uideretur a domino obſtitiſſet. Aliis deinde furis oībus: quȩ nec manifeſta appellātur: pœnā impoſuerūt dupli. Id etiā memini legere me ī libro Ariſtōis iure cōſulti: aut quaq̄ īdocti uiri: apud ueteres ægyptios: q̄d genus hoīes cōſtat in artibus reperiēdis ſolertes extitiſſe: & ī cognitiōe rex indagāda ſagaces: furta oīa fuiſſe licita: & īpunita. Apud lacedæmonios quoq; ſobrios illos: & acres uiros: cui9 rei nō adeo ut ægyptiis fides lōginqua eſt: nō pauci: neq; ignobiles ſcriptores: q moribus: legibuſq; eox memoriā cōdiderūt: ius atq; uſus fuiſſe furādi dicūt. Idq; a iuuētute eox: non ob turpia lucra: neq; ad ſumptū libidini prȩbendū cōparādamue opulentiā: ſed pro exercitio: diſciplinaq; rei bellicȩ factitatū. Q̄d & furādi ſolertia: & aſſuetudo acueret: obfirmaretq; aīos adoleſcentiū: & ad inſidiax aſtus: & ad uigilādi tolerētiā: & obrependi celeritatē. Etenim. M. Cato in orōne: quā de præda militibus diuidēda ſcripſit: uehemētibus: & illuſtribus uerbis de īpunitate peculatus: atq; licētia cōqueritur. Ea uerba quoniā nobis īpenſȩ placuerūt adſcripſim9. Fures inq̄t priuatox furtox ī neruo. atq; ī cōpedibus ætatē agunt. Fures publici in auro atq; in purpura. Quā caſte autē: & q̄ religioſe a prudētiſſimis uiris q̄d eſſet furtū: definitū ſit: prȩtereundū nō puto Neq; eū ſolū eſſe furē putet: q occulte tollit: aut clam ſurripit. Verba ſunt Sabini ex libro iuris ciuilis ſecūdo. Qui alienā rem attrectauit: quum id ſe iuito domino facere iudicare deberet: furti tenetur. Itē alio capite. Qui alienū tacens: lucri faciēdi cauſa ſuſtulit: furti abſtrīgitur: ſiue cuius ſit ſiue neſcit. Hæc quidem ſic in eo: quo nūc dixi libro Sabinus ſcripſit: de rebus furti faciendi cauſa attrectatis. Sed meminiſſe debem9 ſecūdum ea. quȩ ſupra ſcripſi: furtū ſine ulla quoq; attrectatione fieri poſſe: ſola mente: atq; aīo: ut furtū fiat: annitēte. Quo circa ne id quidem Sabinus dubitare ſe ait: qn dominus furti ſit cōdemnandus: qui ſeruo ſuo uti furtum faceret imperauit.

## AVLI GELII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII LIBER DVODECIMVS.

Diſſertatio Phauorini philoſophi: qua ſuaſit nobili fœminȩ: ut liberos quos pepeⁱſſet: nō nutricum adhibitax: ſed ſuo ſibi lacte aleret. Caput primum.

n Vnciatū quondā eſt Phauorino philoſopho nobis prȩſentibus uxorē auditoris: ſectatoriſq; ſui paululū ante enixā. auctūq; eū eſſe nato filio Eamus inq̄t: & puerperā uiſū & patri gratulatū. Is enim erat loci ſenatorii ex familia nobiliore. Imus una & qui tum aderam9. Proſecutiq; eum ſumus ad domū: quo pergebat: & cū eo ſimul introgreſſi ſumus Tum in primis ædibus cōplexus hoīem: cōgratulatuſq; aſſedit atq; ibi pcontatus eſt q̄ diutinum puerperiū: & q̄ laborioſi nixus fuiſſent. Puellāq; defeſſam labore: ac uigilia ſonum capere cognouit: fabulari īſtituit prolixius. Et nihil inq̄t dubito: quin filiū lactæ ſuo nutritura ſit. Sed quū mater puellæ parcendum eſſe ei diceret: adhibēdaſq; puero nutrices: ne ad dolores: quos in enitēdo tuliſſet: munus quoq; nutricatiōis graue ac difficile accederet. Oro te inquit mulier ſine eam totā integrā eſſe matrē filii ſui. Q̄d eſt. n. hoc cōtra naturā impfectum: atq; dimidiatum matris genus? peperiſſe: ac ſtatim a ſeſe abieciſſe? Aluiſſe in utero ſanguine ſuo neſcio quid quod non uideret: nō alere ſuo lacte: quod uideat iam uiuentem: iam hoīem: iam matris officia īplorantem An tu quoq; inq̄t putas naturā fœminis: mamax ubera: quaſi quoſdam uenulos ad

guſtiores: non liberoꝝ alendoꝝ: ſed ornãdi pectoris cauſa dediſſe? Sic.n. qđ a uobis ſcilicet abeſt: plereq; iſtę ꝓdigioſæ mulieres: fõtem illũ ſãctiſſimũ corporis generis humani educatorẽ areſacere & extinguere cũ ꝑiculo quoq; auerſi corruptiq; lactis laborant tanq̃ pulchritudinis ſibi ĩſigna deuenuſtet. Quod qdẽ faciũt eadẽ uecordia: quã quibuſdam cõmenticiis fraudibus nituntur: ut fœtus quoq; ipſi ĩ corpore ſuo concepti aboriãtur: ne æquor illud uẽtris irrugetur: ac de grauitate oneris: & labore partus faticat. qđ quum ſit publica deteſtatiõe. cõmuniq; odio dignum in ipſis hoĩem primordiis: dum fingitur. dum aĩatur ĩter ipſas artificis naturę manus ĩterfectum ire: q̃tulũ hic abeſt. iam ꝑfectum iam genitũ: iam filiũ ꝓprii: atq; cõſueti: atq; cogniti ſanguinis alimonia priuare? Sed nihil ĩtereſt (hoc enim dicitur) dum alatur: & uiuat cuius id lacte fiat. Cur igitur iſte qui hoc dicit: ſi ĩ capeſſendis naturę ſenſibus tam obſurduit: nõ id quoq; nihil ĩtereſſe putat: cuius ĩ corpore: cuiuſq; ex ſanguine cõcretus homo: & coalitus ſit? An q a ſpiritu multo: & calore exalbuit: nõ idem ſanguis eſt nũc in uberib9 q̃ĩ utero fuit? Nõne hac quoq; in re ſolertia naturę euidens eſt: q; poſtea q̃ ſanguis ille opifex in penetralibus ſuis omne corpus hominis finxit: aduentante iam partus tempore in ſupernas ſe partis profert: & ad fouenda uitæ: atq; lucis rudimenta præſto eſt. & recens natis: notum & familiarem uictum offert? Quamobrem nõ fruſtra creditũ eſt: ſicuti ualeat ad fingendas animi: corporiſq; ſimilitudies uis: & natura ſeminis: nõ ſecus ad eandem rem: lactis quoq; ingenia & proprietates ualere. Neq; in hominibus id ſolum: ſed ĩ pecudibus quoq; animaduerſum. Nam ſi ouium lacte hædi: aut caprarum agni alerentur: conſtat ferme in his: lanam duriorem: in illis capillum gigni teneriorem. In arboribus etiam: & frugibus maior plerunq; uis: & poteſtas eſt ad earum indolem: uel detrectandam: uel augendam: aquarum atq; terraꝝ: quæ alunt. q̃ ipſi9 quod iacitur ſeminis. Ac ſæpe uideas arborem lætam: & nitentem in locum aliũ tranſpoſitam deterioris terræ ſucco deperiſſe. Quę malum igitur ratio eſt nobilitatem iſtã nati modo hominis: corpuſq; & animum: bene ingeniatis primordiis inchoatum: inſitiuo degeneriq; alimento lactis alieni corrumpere? Præſertim ſi iſta: quam ad prębẽdum lac tunc adhibebitis: aut ſerua: aut ſeruilis: & ut plerũq; ſolet. externæ: & barbarę nationis: ſi improba. ſi informis: ſi impudica: ſi temulenta eſt. Nam plerunq; ſine diſcrimine: quęcunq; id temporis lactans eſt: adhiberi ſolet. Patiemur ne igitur infantem hunc noſtrum pernitioſo contagiõ infici: & ſpiritũ ducere in animũ: atq; in corpus ſuum: ex corpore & animo deterrimo. Id hercle ipſum eſt quod ſæpenumero miramur: quoſdã pudicaꝝ mulieꝝ liberos: parentũ ſuoꝝ: neq; corporib9 neq; aĩs ſimiles exiſtere. Scite igitur & pite noſter Marro: q; quũ uerſus illos Homeri ꝯſectaretur

ου καρα σοι γε πατηρ ην ιπποτα πηλευς

ου δε θετις μητηρ γλαυκη δε σε τικτε θαλασσα

πετραι τ ηλιβατοι οτι τοι νοος εστιν απηνης. Ideſt:

Non eques ipſe pater fuerat tibi mehercule peleus

Non thetis eſt genitrix: glaucum te protulit equor

Aerięq; rupes: mens q; tibi dura: feroxq; eſt.

Haud portionem ſolã tanq̃ illam: quam ille ſequebatur: ſed alituram quoq; fęram & ſęuã criminat9 eſt. Addit enim hoc đ ſuo. Hircaneq; admorũt ubera tigres. Quoniã uidelicet ĩ morib9 ĩoleſcẽdis magnã fere partẽ ingeniũ altricis & natura lactis tenet:

Quãta uis lactis

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

Quę iã a principio ĩbuta paterni ſeminis cõcretione: ex matris etiã corpore & aĩo recẽtẽ indolẽ cõfigurat. Et prẹter hęc autẽ: qs illud etiã negligere: aſpnariq́ poſſit: q́ q̃ partus ſuos deſerũt: ablegãtq́ a ſeſe aliis nutriẽdos dedũt. uinculũ illud coagulũq́ aĩ atq́ amoris: quo parẽtes cũ filiis natura cõſociat: ĩterſcindunt: aut certe qdẽ diluunt deterũtq́. Nã ubi infantis aliorſũ dati: facta ex oculis amolitio eſt: uigor ille maternę flagrãtiæ ſenſim atq́ paulatĩ reſtinguitur. Oĩſq́ impatiẽtiſſimæ ſolicitudinis ſtrepitus cõſileſcit. Neq́ multo minor a mãdati ad nutricẽ aliã filii: quã morte amiſſi obliuio eſt. Ipſius quoq́ infantis affectio animi: amoris: cõſuetudinis in ea ſola unde aliẽ occupatur: & pinde ut ĩ expoſitis uſu uenit: matris quæ genuit: neq́ ſenſum ullũ: neq́ deſideriũ capit: Ac pꝓpterea oblitteratis & abolitis natiuę pietatis elementis: qcq̃d ita educati liberi amare patrem & matrem uidẽtur: magnã fere partem: nõ naturalis ille amor ẽ: ſed ciuilis & opinabilis. Hęc Phauorini dicẽtẽ audiui græca oꝛõne: cuiꝰ ſñias cõis utilitatis grã: q̃tum meminiſſe potui rettuli. Amœnitates uero & copias ubertateſq́ uerboꝝ: latina oĩs facũdia uix quidem indipiſci potuerit: mea nequaq̃.

Quod Anneus Seneca iudicans de Qu. Ennio: deq́. M. Tullio leui: futiliq́ iudicio fuit. Cap. ii.

Seneca d E Anneo Seneca partim exiſtimãt: ut de ſcriptore minime utili. Cuius libros attingere: nullũ præciũ opæ ſit. Q̃d oꝛõ eiꝰ uulgaris uideatur: & ꝑtrita. Res atq́ ſñiæ: aut ut inepto: inaniq́ ĩpetu ſint: aut ut leui: & quaſi dicaci argutia. Eruditio autẽ uernacula & plebeia: nihilq́ ex ueterꝝ ſcriptis habẽs: neq́ gratiæ. neq́ dignitatis. Alii uero elegãtiæ qdẽ uerbis parꝝ eſſe nõ inficias eũt. Sed & rerꝝ quas dicat: ſñiam doctrinãq́ ei nõ deeſſe dicũt: & ĩ uitiis morꝝ obiurgãdis: ſeueritatẽ grauitatẽq́ non inuenuſtã. Mihi de omni eius ĩgenio: deq́ oĩ ſcripto iudiciũ cẽſoreq́ facere nõ neceſſum ẽ. Sed q̃d de. M. Cicerone: &. Qu. Ennio: &. P. Virgilio iudicauit: ea res cuiuſmodi ſit ad cõſiderãdũ ponemus. In libro. n. xxii. epiſtolarum moralium: quas ad Luciliũ cõ poſuit: deridiculos uerſus. Q. Enniũ de Cethego antiquo uiro feciſſe hos dicit.

Dictus tollis popularibus olim
Qui quum uiuebant homines: atq́ æuum agitabant.
Flos delibatus populis: & ſuada medulla.

Ac deĩde ſcribit de iiſdẽ uerſibus uerba hæc. Admiror eloquentiſſimos uiros & deditos Ennio ꝓ optimis ridicula laudaſſe. Cicero certe inter bonos eius uerſus: & hos refert. Atq́ id etiã de Cicerone dicit. Nõ miror inq̃t fuiſſe q̃ hos uerſus ſcriberet: quum fuerit q̃ laudaret. Niſi forte Cicero ſũmus orator agebat cãm ſuã: & uolebat hos uerſus uidere bonos. Poſtea hoc etiã addidit ĩſulſiſſime. Apud ipſum quoq́ inq̃t Ciceronem ĩuenies etiã in ꝓ̃ſa oꝛõne quędã: ex q̃bus ĩtelligas illũ nõ ꝑdidiſſe operam: q́ Enniũ legit. Ponit deĩde quæ apud Ciceronẽ reprehẽdit: q̃ſi enniana: q́ ita ſcripſerit in libris de rep. ut Menelao laconi q̃dã fuit ſuauiloquẽs iucũditas. Et q̃d alio in loco dixe

breuiloquẽcia rit. Breuiloquentiã in dicẽdo colat. Atq́ ibi nugator homo Ciceronis errores deprecatur. & nõ fuit inq̃t Ciceronis hoc uitiũ ſed tꝑis. Neceſſe erat hęc dici: quũ illa legerentur. Deinde aſcribit Ciceronẽ hęc ipſa interpoſuiſſe: ad effugiẽdam ĩfamiã nimis laſciuę oꝛõnis & nitidę. De Virgilio quoq́ in eodẽ loco uerba hæc ponit. Virgilius quoq́ noſter nõ ex alia cã duros quoſdã uerſus & enormes: & aliq̃d ſupra menſurã trahẽtis interpoſuit: q̃ ut Ennianus populus agnoſceret in nouo carmine antiquitatis aliquid.

Sed iam uerboꝝ Senecę piget. Hæc tamen inepti: & inſipidi: & inſulſi hoīs ioca nō prętereo. Quidnā ſunt inqt tā magni ſenſus. Q. Ennii: ut licet ſcripti ſint iter hircoſos: poſſunt tamē inter unguētatos placere. Et quū reprehēdiſſet uerſus quos ſupra de Cethego poſuimus: q huiuſmodi inqt uerſus amāt liceat ſibi: & eoſdē admirari: & Sotherici lectos. dign9 ſane Seneca uideatur lectiōe: ac ſtudio adoleſcētiū: q honorē colorēq; ueteris orōnis Sotheri lectis cōpararit: quaſi minime. ſ. grę & relictis iā cōtēptiſq;. Audies tamē cōmemorari: ac referri pauca quędā: quę ipſe idē ſeneca benedixerit. Quale eſt illud qd̄ in hoīem auarū & auidū: & pecunię ſitientē dixit. Quid. n. refert q̄tum habeas? multo illud plus eſt: qd̄ nō habes. Bene hoc ſane bene. Sed adoleſcētium indolē: nō tam iuuāt quę benedicta ſūt: q̄ inficiūt: quę peſſime. Multoq; magis: ſi & plura ſint: quę deteriora ſunt. Et quędam in his nō pro ενθυαηματι: ideſt cōmentatione aliqua rei paruæ ac ſimplicis: ſed in re ancipiti pro conſilio dicuntur.

Lictoris uocabulū qua ratione conceptum ortūq; ſit. & ſuper eo diuerſæ ſententię Valgi Ruffi: & Tullii Ciceronis liberti acceptæ. Cap. iii.

u Algius Ruffus in ſecūdo libroꝝ: quos inſcripſit de rebus per epiſtolā quæſitis: lictorē dicit a ligādo appellatū eſſe: q̄ quum magiſtratus populi Romani uirgis quēpiam uerberari iuſſiſſent: crura eius: & manus uincirią; a uiatore ſolita ſint. Iſq; qui ex collegio uiatoꝝ officiū ligandi haberet. lictor ſit appellatus utitur q̄ ad eam rem teſtimonio. M. Tullii uerbaq; eius refert ex oratione: quę dicta eſt pro C. Rabirio. Lictor inquit colliga manus. Hæc ita Valgius: & nos ſane cum illo ſentimus. Sed Tyro Tullius. M. Ciceronis libertus lictorem uel a lino uel a licio dictum ſcripſit: Licio enim tranſuerſo: quod linium appellatur: qui magiſtratibus inqt præminiſtrabāt: cincti erāt. Si quis autem eſt: qui propterea putet probabilius eſſe quod Tyro dixit: quoniam prima ſyllaba in lictore: ſicuti in licio producta eſt: & in eo uerbo: quod eſt litigo correpta eſt: nihil ad rem iſtam pertinet. Nam ſic a ligando lictor: ut a legendo lector: & a uincendo uictor: & a tuendo tutor: & a ſtruendo ſtructor: ꝓductis: quæ corripiebantur uocabulis dicta ſunt. Lictor

Ex. Q. Ennii ſeptimi annaliū uerſus quibus depingitur finiturq; ingenium: comitaſq; hominis minoris erga amicum ſuperiorem. Cap. iiii. i

d Eſcriptū. definitūq; eſt a. Q. Ennio in annali ſeptimo graphicę admodum: ſteq; ſub hiſtoria Gemini Seruilii uiri nobilis: quo īgenio: qua comitate: q̄ modeſtia: qua fide: q̄ līguę parſimonia: qua loquēdi opportunitate: q̄ta rerū antiquaꝝ: morūq; ueteꝝ: ac nouoꝝ ſcia: q̄taq; ſeruādi tuēdiq; ſecreti religione. Qualibus deniq; ad minuēdas uitæ moleſtias: fomētis: leuamētis: ſolatiis amicū eſſe cōueniat hoīs genere: & fortuna ſupioris. Eos uero uerſus nō minus frequēti: aſſiduoq; memoratu dignos puto: q̄ philoſophoꝝ de officiis decreta. Ad hęc odor qdā uetuſtatis i his uerſibus tā reuerēdus ē: ſuauitas tā impromiſcua: tāq; ab omni fuco remota eſt: ut mea quidem ſententia pro antiquis ſacratiſq; amicitię legibus obſeruādi: tenēdi: colēdiq; ſint. Quapropter aſcribēdos eos exiſtimaui. Siquis iam ſtatim deſideraret. Geminus ſeruilius

Hocce locutus: uocat: qui cum bene ſæpe libenter
Menſam ſermoneſq; ſuos: rerum ſuarum
Comiter impartit: magna cum lapſa diei
Pars foret: e ſummis rebus: paruiſq; regundis

Parte fuiſſet: de paruis: ſummiſq; gerendis
Conſilio: induforo: lato: ſanctoq; ſenatu
Cui res audacter magnas: paruaſq;: iocumq;.
Eloqueret: quę tincta malis: & quæ bona dicto
Euomere: ſiquid uellet tutoq; locaret.
Quo cum multa uolup. ac gaudia: clamq; palamq;
Ingenium cui nulla malum ſententia ſuadet:
Vt faceret facinus leuis: haud malus: idem
Doctis: fidelis: ſuauis homo: facundus: ſuoq;
Contentus: atq; beatus: ſcitus: ſecunda loqueres: in
Tempore commodus: & uerborum uir paucorum
Multa tenens antiqua: ſepulta & ſæpe uetuſtas
Quæ facit: & mores ueteresq;: nouoſq; tenentem.
Multorum ueterum leges: diuumque hominumque
Prudentem. qui multa loquiue: tacereue poſſet.

Hunc inter pugnas compellat ſeruilius ſic. T. Helium Scillonem dicere ſolitũ ferũt Q. Ennium de ſemetipſo hæc ſcripſiſſe: picturamque iſtam morum & ingenii ipſius Q. Ennii factam eſſe.

Sermo Tauri philoſophi de modo atq; ratione tolerandi doloris: ſecundum ſtoicorum decreta. Cap. v.

lebadia q Vum delphos ad pythia: cõuentumq; totius ferme gręciæ uiſendum philoſophus Taurus iret: noſq; ei comites eſſemus: inq; eo itinere lebadiã ueniſſemus quod eſt oppidũ atticũ: in terra boetia. Affertur ibi ad Taurũ amicũ eius quẽpiam nobilẽ in ſtoica diſciplina philoſophũ ægra ualitudine oppreſſum decumbere. Tunc omiſſo itinere: quod alio maturãdũ erat: & relictis uehiculis: pergit eum prope uidere. Noſq; de more: quẽ in locũ cũque iret: ſecuti ſumus. Et ubi ad ædes: in qbus ille ægrotus erat peruenimus: uidemus hominẽ doloribus: cruciatibuſq; allabi: quod græci χωλον: ideſt laxũ inteſtinũ dicũt: & febri ſimul adrapida afflictari: gemituſq; ex eo cõpreſſos erumpere. ſpirituſq; & anhelitus e pectore eius euadere: non dolorem magis indicantes: q̃ pugnam aduerſus dolorem. Poſt deinde quum Taurus & medicos acceſſiſſet: collocutuſq; de faciẽda medela eſſet: & eum ipſum ad retinendã patiẽtiam teſtimonio tolerantiæ: quam uidebat: perhibito: ſtabiliſſet: egreſſique deinde ad uehicula: & ad comites rediremus: Vidiſtis inquit Taurus: non ſane iucundũ ſpectaculum: ſed cognitu tamen utile congredientes: compugnanteſq; philoſophum & dolorẽ. Iacebat uis illa: & natura morbi: quod erat ſuum: diſtractionem: cruciatũq; mẽbrorum. Faciebat contra ratio: & natura animi quo erat æq; ſuum. Perpetiebatur: & cohibebat: coercebatq; intra ſeſe uiolentias effrenati doloris. Nullos eiulatus: nullas cõplorationes: ne ullas quidem uoces indecoras edebat. Signa tamen quædam (ſicut uidiſtis) exiſtebant uirtutis & corporis de poſſeſſione hominis pugnantiũ. Tum e ſectatoribus Tauri iuuenis in diſciplinis philoſophiæ non ignarus. Si tãta inq̃ doloris acerbitas eſt: ut cõtra uolũtatẽ: cõtraq; iudiciũ animi nitatur: i uitiumq; hoiem cogat ad gemendũ: confitendũq; de malo morbi ſæuiẽtis: cur dolor apud ſtoicos indifferẽs eſſe dicitur: non malũ? Cur deinde aut ſtoicus homo cogi aliquid poteſt: aut dolor co

gere: quum & dolorem ſtoici nihil cogere: & ſapiētem nihil cogi poſſe dicant? Ad ea Taurus uultu iam ꝑpemodū lætiore: delectatus enim iā uidebatur: illecebra queſtionis. Si iā amicus inq̄t hic noſter melius ualeret: gemitus eiuſmodi neceſſarios a calumnia defendiſſet: & hāc opinor tibi queſtionē diſſoluiſſet. Me aūt ſcis cum ſtoicis nō bene cōuenire: uel cū ſtoica poti9 diſciplina. Eſt enim pleraq; & ſibi & nobis īcongruens ſicuti libro quē ſup ea recōpoſuimus ḋclaratur. Sed ut tibi a me mos geratur: dicere ego indoctius ut aiūt: & apertius quę fuiſſe dictuꝝ: puto ſinuoſius: atq; ſolertiuſ: ſi quis nūc adeſſet ſtoicoꝝ. Noſti.n. credo uerbū illud uetus & peruulgatum αμαθεσεροντως ειπε. και σαφεσερων λεγε: ideſt indoctius rudiuſq; quodāmodo loquere: & apertius: ac clarius fare. atq; hic exorſus de dolore: atq; gemitu ſtoici ægrotātis ita diſſeruit. Natura inq̄t oium rerum: q̄ nos genuit induit nobis: inoleuitq; i ipſis ſtati principiis: qbus nati ſumus: amorē noſtri: & caritatē ita prorſus ut nihil qcquā eſſet cari9 penſiuſq; nobis: q̄ noſmetipſi. Atq; hoc eſſe fundamētū rata eſt cōſeruādę hoium ppetuitatis: ſi unuſqſq; noſtꝝ: ſimulatq; editus i lucē foret: harꝝ prius rerꝝ ſenſuum. affectioneq; caperet: quę a ueteribus philoſophis τα πρωτα κατα φυσιν. ideſt ſcd̄m naturam prima appellata ſunt: ut oibus ſcilicet corporis ſui cōmodis gauderet: ab cōmodis in oibus abhorreret. Poſtea p incremēta ętatis exorta a ſeminib9 ſuis ratio eſt: & utendi cōſilii reputatio: & honeſtatis utilitatiſq; uere cōtemplatio: ſubtiliorq; & exploratior cōmodorꝝ delectus: atq; ita prę cæteris oibus enituit: & prefulſit decori & honeſti dignitas. Ac ſi ei retinēdę obtinēdęue incōmodū extriſecus aliqd̄ obſtaret: cōtēptū eſt. Neq; aliud eſſe uere & ſimpliciter bonū: niſi honeſtū. Aliud quicq̄ malū: niſi qd̄ turpe eſſet exiſtimatū eſt. Reliqua oia quę in medio forēt: ac neq; honeſta eſſent: neq; turpia: neq; bona eē: neq; mala decretū eſt. Productiões tamē: & relationes ſuis quæque momētis diſtinctæ diuiſęq; ſunt. Quę προηγουμενα και αποπροιγουμενα ipſi uocant. Propterea uoluptas quoq;: & dolor: quod ad finē ipſum bene beateq; uiuendi ptinet: & in mediis relicta: & neq; in bonis neq; in malis iudicata ſunt. Sed.n. quoniam hic primis ſenſibus doloris: uoluptatiſq; ante cōſilii: & ratiōis exortū recēs natus homo imbutus eſt: & uoluptati quidā natura cōciliatus: a dolore aūt quaſi a graui quodā inimico abiūctus: alienatuſq; eſt: iccirco affectiones iſtas primitus penituſq; inditas ratio poſt addita cōuellere: obſtirpare: atq; extinguere uix poteſt. Pugnat autē cū iis ſemp: & exultantes eas opprimit: obteritq;: & parere ſibi atq; obedire cogit. Itaque uidiſtis philoſophum ratione decreti ſui nixum cum petulantia morbi: dolorisque exultantia colluctātem: nihil cedentem: nihil confitentem: neq; ut pleriq; dolentes ſolēt eiulantem: atq; lamētantē: ac miſerꝝ: ſeſe & infelicē appellātem: ſed acres tantū anhelitus & robuſtos gemitus edērem: ſigna atq; indicia nō uicti: neq; oppreſſi a dolore ſed uincere eum: atq; opprimere enitētis. Sed haud ſcio inq̄t: an dicat aliquis: ipſum illud quod pugnat: qd̄ gemit: ſi malū dolor non eſt: cur neceſſe eſt gemere & pugnare. Qd̄ enim omnia quę nō ſunt mala: moleſtia quoq; omni non caret: ſed ſunt pleraq; noxa quidā magna: & pernicie priuata: quia nō ſunt turpia. Cōtra naturę tamen manſuetudinē: lenitatemq; oppoſita ſunt & infeſta: per obſcurā quādam ipſius naturæ cōſequētiā. Hæc ergo uir ſapiens tolerare: & cōtari poteſt nō omnino ſenſum ſui amittere poteſt. αναλγησια. ideſt indolētia enim: atq; απαθεια. ideſt impaſſibilitas: non meo tantum inq̄t: ſed quorūdam etiam ex eadem porticu prudentioꝝ hominū: ſicuti iudicio

Panætii grauis atq; docti uiri improbata: abiectaq; eſt. Sed cur cōtra uolūtatem ſuā
gemitus facere cogitur philoſophus ſtoicus: quē nihil cogi poſſe dicūt. Nihil ſane po
teſt cogi uir ſapiēs: quū eſt ratiōis obtinēdę locus. Quū uero natura cogit: ratio quo
q; a natura data cogitur. Quęre etiā ſi uidetur: cur alicuius manu ad oculos ſuos repē
te agitata inuitus cōueniat? Cur fulgēte cælo a luminis iactu: nō ſua ſpōte. & caput &
oculos declinet? Cur tonitru uehemētius facto ſenſim paueſcat? Cur ſternutamentis
quatiatur? Cur aūt ī ardoribus ſolis æſtuet: aut cur in pruinis imanibus obrigeſcat?
Hęc eteni: & pleraq; alia nō uolūtas: nō conſilium nec ratio moderatur? ſed naturę ne
ceſſitatiſq; decreta ſunt. Fortitudo aūt nō ea eſt: quæ cōtra naturā mōſtri uice nititur:
ultraq; modū eius egreditur: aut ſtupore animi: aut immanitate: aut quadā miſera &
neceſſaria ī perpetiēdis doloribus exercitatiōe. Qualē fuiſſe accepimus ſęrū quēdam
in ludo Cęſaris glagiatorē: qui quū uulnera eius a medicis execabantur: ridere ſolitus
fuit. Sed ea uera: & ꝓba fortitudo eſt: quā maiores noſtri ſcientiā eſſe dixerunt: & reꝝ
tolerandaꝝ: & nō tolerādaꝝ. Per qđ apparet eſſe quędā ītolerabilia: q̄bus fortes uiri:
aut obeūdis abhorreāt: aut ſuſtinēdis. Quū hæc Taurus dixiſſet: uidereturq; in ean
dem rem plura etiā dicturus peruētum eſt ad uehicula: & conſcendimus.

Quod græci ænigma dicunt: latini antiq̄ ſcirpos appellauerunt. Cap. vi.

Aenig- ma Scirp9

q Væ græci dicunt ænigmata: hoc genus quidē ex noſtris ueteribus ſcirpos ap
pellauerunt. Quale eſt quod nuper inuenimus perhercle antiquum perq̄lepi
dum tribus uerbis ſenariis compoſitum ænigma: quo relinquimus inenarra
tum: ut legentium coniecturas in requirendo acuremus. Verſus tres hi ſunt:

Termi nus de us

Semel minuſne: an bis minus ſit: non ſat ſcio
An utrunq; eorum: ut quondam audiui: ipſi
Dicier Ioui regi uoluit concede

Hoc qui nolet diutius apud ſe quærere: inueniet quid ſit in. M. Varronis de ſermone
latino ad Marcellum ſecundo libro.

Quam ob cauſam Cn. Dolobella proconſul ream mulierem ueneficii: cōfitentēq;
ad areopagitas reiecerit. Cap. vii.

a D Cn. Dolobellā ꝓcōſulari impio ꝓuīciam Aſiam obtinētem: deducta mu
lier ſmyrnæa ē. Eadē mulier uiꝝ & filiū eodē tpe uenenis clā datis uita īterfe
cerat: atq; id feciſſe cōfitebatur: Dicebatq; habuiſſe ſe faciēdi cām: quoniā ille idē mari
tus & fili9 alteꝝ filiū mulieris ex uiro priore genitū adoleſcētē optimū: & innocētiſſi
mū exceptū inſidiis occidiſſet. Idq; ita eē factū cōtrouerſia nō erat. Dolobella rettulit
ad cōſiliū. Nemo q̄ſq̄ ex cōſilio ſn̄iam ferre ī cauſa tā ancipiti audebat: q; & cōfeſſum
ueneficiū: quo marit9 & filius necati forēt: nō admittēdum īpunitū uidebatur: & di
gna tamē pœna ī hoīes ſceleratos uindicatū fuiſſet. Dolobella eā rem Athenas ad are
opagitas: ut ad iudices grauiores exercitatioreſq; reiecit. Areopagitæ cognita cā: accu
ſatorē mulieris: & ipſā q̄ accuſabatur cēteſimo āno adeſſe iuſſerūt. Sic neq; abſolutū
mulieris ueneficiū eſt: qđ p leges nō licuit: neq; nocēs dānata punitaq; : q̄ digna uenia
fuit. Scripta hęc hiſtoria ē ī libro Valerii Maxī factoꝝ: dictorūq; memorabiliū. viii.

areopa gitaꝝ iudiciū

Scipio

Reditiones in gratiā nobilium uirorum memoratu dignę. Cap. viii.

p. Africanus ſuperior: & Ti. Gra. Tib. & C. Gracchoꝝ pater reꝝ geſtaꝝ magni
tudine: & honoꝝ atq; uitæ dignitate illuſtres uiri diſſenſerunt ſæpenumero de

Grac- chus

repub. & eã ſiue qua alia re nõ amici fuerunt. Ea ſimultas quum diu mãſiſſet: & ſolẽni die Ioui epulũ libaretur. atq; ob id ſacrificiũ ſenatꝰ in capitolio epularetur: ſors fuit ut apud eandẽ mẽſã duo illi iuncti locarẽtur. Tũc q̃ſi diis ĩmortalibus arbitris ĩ cõuiuio: iouis optimi maximi dextras eoꝝ cõducentibus: repente amiciſſimi facti: neq; ſolũ amicitia incepta: ſed affinitas ſimul ĩſtituta. Nã. P. Scipio filiã uirginẽ habens iã uiro maturam: ibi tũc eodem ĩ loco deſpõdit eã Tib. Graccho: quem ꝓbauerat: elegeratq; exploratiſſimo iudicii tẽpore dum inimicus eſt. Aemilius quoq; lepidus: & Fuluius Flaccꝰ nobili genere: ampliſſimiſq; honoribus: & ſummo loco ĩ ciuitate præditi odio iter ſe graui: & ſimultate diutina cõflictati ſunt. Poſtea populus eos ſimul cenſores facit. Atq; illi ubi uoce præconis renunciati ſunt: ibidem in campo ſtatim nõdum dimiſſa cõcione ultro uterq;: & pari uolũtate cõiuncti: complexiq; ſunt. Exque eo die & in ipſa cenſura: & poſtea iugi concordia fidiſſime: amiciſſimeque uixerunt.

Quæ dicantur uocabula ancipitia. Et q̃ honoris quoque uocabulum ancipiti ſentẽtia fuerit. Cap. ix.

St pluriſariã uidere: atq; animaduertere in ueteribus ſcriptis pleraq; uocabula quæ nũc in ſermõibus uulgi unam: certãq; rem demõſtrẽt: ita fuiſſe media & ĩ cõmuni: ut ſignificare: & capere poſſent duas ĩter ſeſe res cõtrarias: Ex quibus q̃dã ſatis nota ſunt: ut tẽpeſtas: ualitudo: facinꝰ: dolus: gratia: ĩduſtria. Hęc. n. fere iã uulgatum eſt ancipitia eſſe: & utroq; uerſus dici poſſe. Periculũ etiã: & uenenũ & contagium: nõ uti nũc dicũtur: pro malis tãtum dicta eſſe: multũ exemploꝝ eiuſmõi reperias. Sed honorẽ quoq; mediã uocẽ fuiſſe: & ita appellatũ: ut etiã malus honos diceretur: & ſignificaret iniuriã. id ꝑfecto rariſſimũ eſt. Q. autẽ Metellus Numidicus in oratione quã de triũpho ſuo dixit: his uerbis uſus eſt. Qua ĩ re quãto uniuerſi me unum antiſtatis: tãto uobis: q̃ mihi maiorẽ iniuriã atq; cõtumeliã facit q̃rites. Et q̃to ꝓbi iniuriam facilius accipiũt: q̃ alteri tradũt: tãto ille uobis: q̃ gratiã mihi: peiorẽ honorem habuit. Nã me iniuriam ferre: uos facere uult quirites: ut hic cõqueſtio: iſtic uituperatio reliquatur. Honorem ĩquit peiorem uobis habuit: q̃ gratiã mihi: cuius uerbi ſnĩa eſt: quam ipſe quoq; ſupra dicit: maiore uos affecit iniuria & contumelia q̃ me. Præter huius autem uerbi notionem ad ſcribendam eſſe hanc ſententiam ex oratiõe. Q. Metelli exiſtimaui: ut definiremus Socratis eſſe decretũ: κακιον ειναι το αδικειν του αδικεισθαι. ideſt peius eſſe iniuriam facere q̃ accipere.

Vocabula ancipitia

Honos malus

Quod æditimus uerbum latinum fuit. Cap. x.

Editimus uerbũ latinum eſt & uetus: ea forma dictũ: q̃ finitimus: & legitimꝰ Sed ꝓ eo a pleriſq; nũc æditiuus dr̃: noua & cõmenticia uſurpatione: quaſi a tuẽdis ædibus appellatus. Satis hoc eſſe potuit admonendi gratia dixiſſe: ꝓpter agreſtes quoſdã: & ĩdomitos certatores: qui niſi auctoritatibus adhibitis nõ comprimuntur. M. Varro in libro ſecundo ad Marcellum de latino ſermone æditimum dici oportere cẽſet magis: q̃ æditiuũ: q; alteꝝ ſit recẽti nouitate fictum: alteꝝ antiqua origine incorruptũ. Leuinius quoq; (ut opinor) in ꝓteſilaudomia clauſtritimũ dixit: qui clauſtri ianuæ præeſſet: eadẽ ſcilicet figura: qua æditimum dici uidebat: qui ædibꝰ præeſt. In Verrẽ. M. Tullii in exẽplaribus fideliſſimis ita inueni ſcriptum: Aeditimi cuſtodeſq; mature ſentiunt. In libris autem uulgaris æditui ſcriptum eſt. Pomponii fabula attellana eſt: quæ ita inſcripta eſt æditimus: in qua hic uerſus eſt.

Aeditimus

Clauſtritimus

Qui poſtq̃ ubi appareo:atq; æditumor in templo tuo
T.autem Lucretius in carmine ſuo pro ędituis æditűétes appellat.Oneratacq; paſſim
Cuncta cadaueribus cæleſtum templa manebant
Hoſpitibus loca:quæ complerant æedituentes.

Errare iſtos qui ſpe & fiducia latendi peccent:quum latebra pèccati perpetua nulla ſit.Et ſuper ea re peregrini philoſophi ſermo ex Sophoclis poetæ ſnia. Cap.xi.

Peregrinus

p Hiloſophű noie peregrinű:cui poſtea cognomentű Proteus factű eſt: uirum graué:atq; cőſtanté uidimus:quű athenis eſſemus:diuerſanté in quodam tugurio extra urbé.Cűq; ad eű frequéter uétitarem9:multa hercle dicere eű utiliter:& honeſte audiuim9. í quibus id fuit:quod præcipuű auditu meminimus.Virű qdem ſapiétem:nő peccaturű eſſe dicebat:etiã ſi peccaſſe eű dii:atq; hoies ignoraturi forét.Nő.n.pœnæ aut infamiæ metu non eſſe peccãdum:ſed iuſti:honeſtiq; ſtudio& officio.Si qui tamé nő eſſent tali uel ingenio uel diſciplina præditi:uti ſe uiſua:ac ſpőte facile a peccãdo tenerent.eos omnis tunc peccare procliuius exiſtimabat: quum latere poſſe id peccatű putarét:impunitatéq; ex ea latebra ſperarét.At ſi ſciant inqt homines nihil omnium rerű diutius poſſe celari:ſuppreſſius: prudentiuſq; peccabitur. Propterea uerſus iſtos Sophoclis prudétiſſimi poetarű in ore eſſe habendos dicebat.

ϖρος ταυτα κρυπτε μηδενως απανθορων.
και πανταkουων ϖαντανaπτυσσει χρονος.idest
Hic nihil occule:quando cuncta tuens
Et cuncta audiens:omnia reuelabit dies.

Veritas teporis filia

Alius quidam ueterum poetarum:cuius nomen mihi nunc memoriæ non eſt.Veritatem temporis filiam eſſe dixit.

Faceta reſpőſio.M.Ciceronis ãmoliétis a ſe crimé manifeſti médacii. Cap:xii.

h Aec quoq; diſciplina rhetorica eſt:callide & cű aſtu res crimínoſas citra periculű cőfiteri:ut ſi obiectű ſit turpe qđ negare nő queat:reſpőſione ioculari eludas & rem facias riſu magis digná:q̃ crimine.Sicut feciſſe Ciceroné ſcriptum eſt: quű id qđ inficiari nő poterat:urbano facetoq; dicto diluit.Nã quű emeŕ uellet in palatio domű:& pecuniam in pręſens non haberet.a.P.Sylla:qui tum re9 erat: mutua ſextertiű uicies tacite accepit.Ea res tamé priuſq̃ emeret:prodita: & in uulgus exiuit. Obiectűq; ei eſt:q; pecuniã domus emédæ cauſa a reo accepiſſet.Tum Cicero inopinata obprobatiőe permotus accepiſſe ſe negauit:ac domű quoq; ſe empturű negauit. Atq; adeo inqt:uerű ſit accepiſſe me pecuniã:ſi domű emero.Sed quű poſtea emiſſet: & hoc mendaciű in ſenatum ei ab inimicis obiiceretur:riſit ſatis: atque interridédum ακοινωνητοι.ideſt íciuiles:incőciliati inqt hoíes eſtis:quű ignoratis:prudétis & cauti patriſfamilias eſſe qđ emere uelit:empturű ſeſe negare ꝓpter cőpetitores emptionis.

Intra calédas quű dicitur:quid ſignificet.Vtrum ante calendas:an calédis:an utrűq;.Atq; inibi quid ſit in oratione.M.Tullii:intra oceanum: & intra montem Taurű & in quadam epiſtola:intra modum. Cap.xiii.

q Vum Romæ a cőſulibus iudex extra ordiné datus:pronunciare intra calédas iuſſus eſſem.Apollinaré Sulpitiű doctű hoiem percőtat9 ſum:an his uerbis intra calédas ipſæ quoq; calédæ tenerétur. Dixiq; ei me uidelicet datű iudicé: calédaſq; mihi productas:ut intra eű dié pronunciaré.Cur inquit me potius rogas:q̃

exiſtis aliquē peritis: ſtudioſiſq; uiris: quos adhibere in cōſiliū iudicaturi ſoletis: Tū
illi ita ego reſpōdi. Si aut de uetere inq̃ iure: aut recepto: aut cōtrouerſo: aut ambi-
guo: aut nouo: aut cōſtituto diſcēdū eſſet: iſſem plane ſcicitatum ad iſtos quos dicis.
Sed cū uerboꝝ latinoꝝ ſententia: uſus ratio exploradā ſit: ſcæuus ꝓfecto: & cęcus
ai forē: ſi quum haberē tui copiā: iſſem magis ad aliū: q̃ ad te. Audiui igiť iqt de rati
one uerbi quid exiſtimē. Sed eo tamē pacto: ut id facias: nō quod ego de proprietate
diſſeruero: ſed ꝙ in ea re omniū: pluriūue cōſenſu obſeruari cognoueris. Nō eni uer-
boꝝ tantū cōmunē uerę: atq; ꝓpriæ ſignificationes lōgiore uſu mutantur: ſed legum
quoq; ipſaꝝ iuſſa: cōſenſu tacito oblitterantur. Tū deīde diſſeruit me: & pleriſq; ali-
is audiētibus: in hūc ferme modū: Quum dies inquit ita præfinita eſt: ut iudex in ca-
lēdas ꝓnūciet: Occupauit iā hęc oēs opinio nō eſſe dubiū: quin ante calendas iure ꝓ
nūcietur. Et id tantū ambigi uideo quod tu quęras: an calēdis quoq; iure ꝓnūcietur.
Ipſum autē uerbū ſic ꝓculdubio natū ē: atq; ita ſeſe habet: ut quum dicitur intra ca-
lēdas: nō alius accipi dies debeat: q̃ ſolę calendę. Nā tres iſtæ uoces: intra: citra: ultra **Intra**
quibus certi locorū fines demonſtrantur: ſingularibꝰ apud ueteres ſyllabis appellā **calēdas**
tur: in: cis: uls. Eæ deinde particulæ: quoniā paruo: exiguoq; ſonitu obſcuriꝰ prome
bantur: addita eſt tribꝰ oībus eadē ſyllaba: & quod dicebātur: cis tiberim: & uls tibe-
rim: dici cœptū ē ītra tiberim. & ultra tiberim. Itē ꝙ erat in accedēte eadē ſyllaba in-
trafactū ē. Sunt ergo hęc omnia quaſi cōtermina iunctis inter ſe finibus cohærentia
intra oppidū: ultra oppidū: citra oppidū: ex qbus ītra ſicuti dixi in ſignificat. Nam
qui dicit intra oppidū: intra cubiculū: intra ferias: nō dicit aliud q̃ in oppido: in cubi-
culo: in feriis. Intra calēdas igitur: nō ante calēdas: ſed in calēdis: ideſt eoipſo die quo
calēdę ſunt. Itaq; ſecūdū uerbi ipſius rationē qui iuſſus eſt intra calēdas pronunciare
niſi calēdis ꝓnūciet: cōtra iuſſum uocis facit. Nā ſi ante id fiat: nō intra id ꝓnunciat:
ſed citra. Neſcio autem quo pacto recepta uulgo interpretatio eſt abſurdiſſima: ut in
tra calendas ſignificare uideatur ēt citra calendas: & uel ante calendas. nihil enī ferme
intereſt. Atq; īſup dubitať: an calēdis ꝓnūciari poſſit: quādo neq; ultra neq; citra: ſed
quod iter hæc mediū ē. ītra calēdas. i. calēdis ꝓnūciādū ſit. Sed nimirū cōſuetudo ui
cit: q̃ quū oīum domina reꝝ: tū maxie uerboꝝ ē. Ea oīa quū Apollinaris ſcite ꝑ quā:
atq; enucleate diſputauiſſet: tū ego hęc dixi. Cordi inq̃ mihi fuit: priuſq̃ ad te irē quæ-
rere: explorareq;: quonā mō ueteres nr̄i ꝑticula iſta: qua de agiť uſi ſint: atq; ita īueni-
mus Tulliū ī tertia ī Verrē ſcripſiſſe. Eſt āt mō locꝰ ītra oceanū iā nullus neq; tā lōgi
quus: neq; tā recōditꝰ: quo nō ꝑ hæc tēpora nr̄oꝝ hoīum libido: iniqtatiſq; ꝑuaſerit. in
tra oceanū dicit cōtra rationē tuā. Nā enī uult (opinor) dicere in oceano. Terras. n. de
mōſtrat oīs: quæ oceano ambiūť: ad quas a nr̄is hoībus audiri pōt: quę ſūt citra ocea
nū: nō ī oceano. Neq;. n. uideri poteſt īſulas ſignificare neſcio quas quæ penitꝰ eē ītra
æquora ipſa oceani dicūť: Tūc Sulpitiꝰ Apollinaris renidēs: nō nimis hercule īargu
te inqt: nec īcallide oppoſuiſti hoc Tullianū: ſed Cicero ītra oceanū: nō ut tu īterpre
tare citra oceanū dixit. Quid. n. pōt dici citra oceanū eē: quum undiq; oceanꝰ circum
ſcribat oīs terras: & ambiat? Nā citra quod ē: id extra ē. Qui āt pōt ītra eſſe dici: qđ
extra eſt? Sed ſi ex una tantū parte orbis oceanus foret citra oceanum eſſe dici poteſt?
uel ante oceanū. Quum uero oīs terras omnifariā & undiq; uerſum circunfluat: nihil
citra eum eſt: ſed undarū illius ambitu terris omnibus conuallatis: in medio eius ſunt

oia: quę itra oras eius iclusa sunt. Sicuti hercle sol nō citra cęlū uertitur: sed i cælo: & itra cęlū. Hęc tūc Apollinaris scite: acuteq; dicere uisus est. Sed postea in libro. M. Tullii epistolaꝝ ad Ser. Sulpitiū sic dictū eē iuenim9: itra modū ut itra calēdas dicūt: q dicere citra calēdas uolūt. Verba hęc Ciceronis sūt quę apposui. Sed tamē quoniā effugi ei9 occasionē q fortasse arbitraretur. me hāc rem iperite nō putare: si ppetuo tacere: modice hoc faciā. Aut ēt itra modū: ut & illius uolūtati: & meis studiis seruiā. Modice dixerat hoc faciā: idest cū modo æquo: & pari. Deide quasi hoc displiceret. &

Intra modū modice

corrigere id uellet addidit: Aut ēt itra modū: p q; min9 sese ostēdit id factuꝝ esse: q̄ quod fieri modice uideret. i. nō ad ipsum modū: sed retro paululū: & citra modū in oratione ēt quā p. P. Sestio scripsit intra montē taurū sic dicit. ut nō significet i mōte tauro: sed usq; ad montē tauꝝ cū ipso mōte. Verba sunt ipsi9. M. Tulli ex ea quā dixi oratione antiochū magnū illū maiores nostri magna belli cōtētione: terra mariq; supatū: itra mōtē taurū regnare iusserūt. asiā qua illū mulctarūt: Attalo. ut is i ea regnaret cōdonarūt. Intra mōtē inqt taurū regnare iusserūt: quod nō pīde ē: ut intra cubiculū dicim9: nisi uideri potest id eē itra montē: qđ ē itra regiones: quę tauri mōtis obiectu separantur. Nā sicuti q itra cubiculū ē: is nō i cubiculi parietibus: sed itra parietes ē: quibus cubiculū includit. qui tamē ipsi quoq; parietes i cubiculo sunt. Itaq regnat itra montē taurū: nō solū in mōte tauro regnat: sed i iis ēt regionib9: q̄ tauro mōte clauduntur. Nūc igitur secūdū istā uerboꝝ. M. Tullii similitudinē: qui iubet itra calēdas pnūciare: is & ante calēdas & ipsis calendis iure pnūciare pōt. Neq; id fit quasi priuilegio quodam inscite cōsuetudinis: sed certa rationis obseruatione: quū omne temp9: quod calendarū die icluditur. itra calendas esse recte dicitur.

Saltem particula quam uim habeat: & quā originem. Cap. xiiii.

s Altem particula: quā haberet pricipalē significationē: quæq; uocis istius origo esset: quærebamus. Ita enim primitus factam esse apparet: ut quæ uideat: sicutiquędā suppleméta. orōnis temere: & icōdite assūptę. Atq; erat quidicceret legisse i grāmaticis cōmētariis. P. Nigidii: saltē ex eo dictū: quod esset: si aliter. idq; ipsum dici solitū per defectionē. Nā plenā esse sentētiā: si aliter nō potest. Sed id nos in iisdē cōmentariis Nigidii: quū eos nō (opinor) incuriose legissemus nusq̄ inuenimus. Videtur aūt uerba ista: Si aliter nō pōt: a significatione quidem uoculę huiusce de qua quęrimus: nō abhorrere. Sed tot uerba tamē in paucissimas litteras cludere improbe cuiusdā subtilitati est. Fuit etiā qui diceret homo in libris: atq; i litteris assidu9

Saltem

Saltem sibi dictum uideri. u. media littera extrita. Salutem enim ante dictum: quod nos saltem diceremus. Nam quum alia quędā petita: & nō impetrata sunt: Tum solemus inquit quasi extremum aliquid petituri: quod negari minime: debeat: dicere: hoc saltem fieri aut dari: oportere tanq̄ salutem postremo petentes: q̄ & ipetrari certe & obtineri sit ęquissimū. Sed hoc itidē nō illepide quidē fictum nimis tamē esse uidetur cōmētitiū: Censuimus igitur ampli9 quærendum.

Quod Sisenna in libris historiarum aduerbii huiuscemodi sæpenumero usus ē celatim: uelitatim saltuatim. Cap. xv.

Aduerbia i im

q Vum lectitaremus historiā Sisennæ assidue huiuscemodi figurę aduerbia in orone ei9 animaduertimus: cuiuscemodi sunt hæc: cursim: pperatim: celatim: uelitatim: saltuatim ex quib9 duo prima: quæ sunt notiora exemplis nō indi

rebāt. Reliqua in hiſtoriaꝝ ſexto ſic ſcripta ſunt. Quā maxime celatī poterat in inſidiis ſuos diſponit. Itē alio in loco. Nos una æſtate in aſia: & grecia litteris geſta: iccirco cōtinētia mādauimus: ne uelitatim aut ſaltuatī ſcribēdo: lectorū aīos īpedirem9.

## AVLIGELII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII LIBER TERTIVSDECIMVS.

Inquiſitio uerborū iſtorū. M. Tulli curioſior que ſunt in primo antonianaꝝ libro multa autē impendere uidentur preter naturā & preterq̧ fatum: tractatuq̧ an idem duo iſta ſignificent fatū atq̧ natura. Caput primum.

Cicero in primo antonianaꝝ ita ſcriptū reliquit: Hūc igit ut ſequerer ꝓperaui: quæ preſentes nō ſunt ſecuti. Nō ut ꝓficerē aliquid (nec enim ſperabā id: nec preſtare poterā) ſed ut ſiqd mihi humanit9 accidiſſet (multa autē impēdere uidentur: ꝑter naturā ēt: præterq̧ fatum) huius diei uocē: teſtē reip. relinquerē: meæ ꝑpetue erga ſe uolūtatis. Preter naturam inquit: præterq̧ fatū. At utrūq̧ idē ualere uoluerit: Fatū: atq̧ naturā: & duas res: ϰατὰ ἑνὸς ὑποκειμένου ϖεπρωμένην. καὶ φύσιν: ideſt pro uno ſubiecto fatum: & naturā poſuerit: An uero diuiſerit: ſepararitq̧: ut alios caſus natura ferre uideatur: alios fatū cōſiderādū eqdē puto. Atq̧ id maxime requirēdū: qua rōne dixerit accidere multa humanitus poſſe preter fatū: quādo ſic ratio & ordo: & inſuperabilis quedam neceſſitas fati cōſtituitur: ut oīa ītra fatū claudēda ſint: niſi illud ſane Homeri ſecutus eſt.

ϰαὶ ὑπὲρ μοῖραν δόμον ἄιδος εἰσαφίκηαι: ideſt.

Neue obſtāte domum fato penetrabis auerni.

Nihil āt dubiū ē: qn uiolētā & īopinatā mortē ſignificauerit: q̄ qdē pōt recte uideri accidere: ꝑter naturā. Sed cur id quoq̧ gen9 mortis extra fatū poſuerit: neq̧ opis hui9 ē explorare: neq̧ tpis. Illud tamē nō ꝑtermittēdū ē: qđ Virgili9 quoq̧ idipſū qđ Cicero de fato opinat9 ē: quū hoc ī qrto libro dixit de Elyſa: quā mortē ꝑ uim potita eſt.

Nam quia nec fato: merita nec morte peribat.

Tanq̄ in faciēdo fine uite: que uiolēta ſunt nō uideantur e fato uenire. Demoſthenis autē uiri prudētia pari atq̧ facūdia prediti: uerba idē fere ſignificantia de natura atq̧ fato. M. C. ſecutus uidetur. Ita enim ſcriptum eſt in oratione illa egregia cui titul9 ē: περὶ ςεφάνου: ideſt ꝑ corona. ὁ μὲν τοῖς γονεῦσι νομίζων μόνον γεγεννῆσθαι τὸν τῆς εἱμαρμένης καὶ τὸν αὐτόματον θάνατον περιμένει. ὁ δὲ καὶ τῇ πατρίδι ὑπὲρ τοῦ μὴ ταύτην ἐπιδεῖν δουλεύουσαν ἀποθνήσκειν ἐθελήσει. i. Nam qui parentibus tantū ſenatū putat: fatalē: atq̧ ſpontis ſuæ mortem manet. Qui uero etiam patrię ob id ne in ſeruitutem redactā illam uideat: occūbere preoptabit. Quod Cicero fatū. atq̧ naturā uidetur dixiſſe: id multo ante Demoſthenes τὴν πεπρωμένην καὶ τὸν αὐτόματον θάνατον: ideſt fatalē: & ſpōtis ſuæ mortem appellauit αὐτόματος: ideſt ſuæ ſpontis enim. θάνατος: ideſt exceſſus quaſi naturalis & fatalis: nulla extrinſecus ui coactus uenit.

Super poetaꝝ Pacuuii: & Accii colloquio familiari. in oppido tarētino. Cap. ii.

q Vibus ociū & ſtudiū fuit uitas atq̧ ætates doctoꝝ hominū quærere: & memorię tradere: de. M. Pacuuio: &. L. Accio tragicis poetis. hiſtoriā ſcripſerūt huiuſcemodi: Quum Pacuuius inquiūt grādi iā etate: & diutino corporis morbo affectus: tarētū ex urbe roma cōceſſiſſet: Accius tūc haud paruo iunior: ꝓficiſcēs

Preter naturā Præter fatum

Paccuuius: accius.

in aſiá: quum i oppidũ ueniſſet: diuertit ad Pacuuiũ: comiterq; inuitatus: pluſculiſq;
ab eo diebus retẽtus: tragœdiá ſuá: cui Atreus nomẽ ẽ deſiderãti legit. Tum Pacui
um dixiſſe aiũt: ſonora quidẽ eſſe quę ſcripſiſſet: & grãdia. Sed uideri ea tamẽ ſibi du
riora paulũ & acerbiora. Ita ẽ inquit Accius uti dicis. Neq; id ſane me pœnitet. Me
liora enim fore ſpero: quę deinceps ſcribã. Nam quod in pomis eſt: itidẽ inquit eſſe
aiũt in ingeniis: quę dura & acerba naſcunt̃: poſt fiunt mitia & iucũda. Sed quæ gi
gnunt̃ ſtatim uieta: & mollia: atq; a principio ſunt uiuida: nõ matura mox fiunt: ſed
putria. Relinquẽdũ igitur uiſum eſt ingenio: quod dies atq; ætas mitificet.

An uocabula hęc neceſſitudo: & neceſſitas differrẽti ſignificatiõe ſint. Cap. iii.

Neceſſi tas Neceſſi tudo. u Iſu prorſus atq; ludo res digna eſt: quum pleriq; grãmaticoꝝ aſſeuerãt: neceſ
ſitudinẽ & neceſſitatẽ mutare lõge differreq;: Ideo q neceſſitas ſit uis quæpiã
premẽs & cogẽs. Neceſſitudo ãt dicat̃ ius quoddã: & uinculũ religioſæ con
iunctionis. Idq; unũ ſolitariũ ſignificet. Sicut aũt nihil quicq̃ intereſt: ſuauitudo di
cas: an ſuauitas: ſanctitudo: an ſanctitas: acerbitudo: an acerbitas: acritudo: an q ac
cius in neoptolemo ſcripſit acritas. Ita nihil rationis dici põt: qui neceſſitudo: & ne
ceſſitas ſeparent̃. Itaq; in libris ueterũ uulgo reperias neceſſitudinẽ dici pro eo quod
neceſſum eſt. Sed neceſſitas ſane pro iure officioq; obſeruãtię: affinitatiſue infrequẽs
eſt. Quanq̃ qui ob hoc ipſum ius affinitatis. familiaritatiſue cõiuncti ſunt: neceſſarii
dicũt̃. Repperi tamẽ i orõne. C. Cęſaris: q̃ plautiã rogationẽ ſuaſit: neceſſitatẽ dictã
ꝑ neceſſitudine. i. iure affinitatis. Verba hæc ſũt. Equidẽ mihi uideor ꝑ nr̃a neceſſitate
X inſula creta quiſpiã ætatẽ athenis agẽs. Platonicũ eſſe ſe philoſophũ dicebat: & uiderier geſtiebat: Erat autẽ nihili homo & nugator: atq; i grece facundię gloria iactabundus. Præterea uini libidine aduſq; ludibria ebrioſus. Is in conuiuiis iuuenũ: quæ agitare athenis hebdomadibus lunę ſolenne nobis fuit ſimul atq; modus epulis factus & utiles delectabileſq; ſermones cœperãt: tum ſilentio ad audiendũ petito: loqui cœptabat. Atq; id gen9: uili & incõdita uerborũ caterua: hortabatur oẽs ad bibẽdũ: Idq; ſe facere ex decreto Platonico prędicabat: tanq̃ Plato i libris quos de legibus cõpoſuit: laudes ebrietatis copioſiſſime ſcripſiſſet: utilemq; eam eſſe bonis & fortibus uiris cenſuiſſet. Ac ſimul iter eiuſmodi orationẽ crebris: & ingẽtibus poculis omne ingeniũ igurgitabat. Fomitẽ eſſe quendã dicens & incitabulũ ingenii: uirtutiſq;: ſi mens & corpus hominis uino flagraret. Sed eni Plato in primo: & in ſecundo de legibus: uno ut ille nebulo opinabat̃: ebrietatẽ iſtã turpiſſimã: quæ labefacere: & minuere hoĩum mentes ſolet: laudauit. Sed hanc largiorẽ paulo iucũdiorẽq; uini inuitationẽ: quę fieret ſub qbuſdã q̃ſi arbitris: & magiſtris cõuiuioꝝ ſobriis nõ iprobauit. Nã & modicis modeſtiſq; interbibendũ remiſſionibus refici: itegrariq; aios: ad inſtaurãda ſobrietatis officia exiſtimauit. reddiq; eos ſenſim lætiores: atq; ad intẽtiones rurſum capiẽdas fieri habiliores. Et ſimul ſiqui penitus i iis affectionum cupiditatumq; errores ineſſent: quos aliquis pudor reuerẽs cõcelaret: ea oĩa ſine graui periculo libertate per uinũ data detegi: & ad corrigendũ: medẽdumq; fieri oportuniora. atq; etiam hoc Plato ibidem dicit: nõ defugiẽdas eſſe: neq; reſpuẽdas huiuſcemodi exercitatiões: aduerſum ꝓpulſandã uini uiolẽtiã. Neq; ullũ unq̃ cõtinẽtem ꝓrſus ac tẽperantẽ ſatis fideliter uiſum eſſe: cuius uita uictuſq;: nõ iter ipſa erroꝝ picula: & in mediis uoluptatũ illecebris explorata ſit. Nã cui libẽtiæ gratięq; oẽs cõuiuiorum icognitæ ſint: quiq; illarũ oĩno expers ſit. Si eũ forte ad participãdas eiuſmodi uoluptates: aut uolũtas tulerit: aut caſus iduxerit: aut neceſſitas cõpulerit: deliniri plerũq; & capi. Neq; mẽtẽ aiumq; ei9 cõſiſtere: ſed ui q̃dã noua ictũ labeſcere. Cõgrediẽdũ igit̃ fuit: & tanq̃ i acie quędam cũ uoluptariis reb9: cũq; iſta uini licẽtia cominus decer

nendũ ut aduerſum eas:nõ fuga ſimus tuti nec abſentia:ſed uigore animi:& cõſtanti præſentia:moderatoq; uſu tẽperantiã:cõtinẽtiaq; tueamur:& calefacto ſimul:refo-toq; animo:ſiq̃d in eo:uel frigidę triſtitiæ:uel torpẽtis uerecũdiæ fuerit:diluamus.

Quid.M.Cice.de ꝑticula iſta ſenſerit:ſcripſeritq; quæ ꝓpoſita ẽ uerbis aufugio & aufero.Et an in uerbo autumo:eadẽ iſta hęc præpoſitio eſſe uideri debeat. Cap.iii.

Egimus librũ Ciceronis:qui ĩſcriptus ẽ orator.In eo libro Cicero quũ dixiſſet

Aufu-gio Aufero

I uerba hęc:aufugio:& aufero:cõpoſita quidẽ eſſe ex prępoſitione ab:& ex uerbis fugio:& fero:ſed eã prępoſitionẽ:quo fieret uox ꝓnunciatu:audituq; lenior:uerſam mutatãq; eſſe in au ſyllabã:cœptũq; eſſe dici aufugio:& aufero pro abfugio:& abfero.Cũ hoc inq̃ ita dixiſſe:tum poſtea ibidẽ ſuper eadem particula ita ſcripſit.Hęc inquit prępoſitio:præter hæc duo uerba:nullo alio in uerbo reperiet̃.Inuenimus autẽ in cõmẽtario nigidiano uerbũ autumo cõpoſitum ex ab prępoſitione:& uerbo æſtimo:dictumq; interciſe:autumo:quaſi abęſtimo:quod ſignificaret totum

Autu-mo.

æſtimo:tanq̃ abnumero.Sed quod ſit cum honore multo dictũ.P.Nigidii hominis eruditiſſimi audacius hoc:argutiuſq; eſſe uidet̃:q̃ uerius:Autumo enim nõ id ſolum ſignificat:ſed & dico & opinor & cẽſeo:cũ quibus uerbis prępoſitio iſta:neq; cohærẽtia uocis:neq; ſignificatione ſententię cõuenit.Pręterea uir acerrimę in ſtudio litterarum lĩcẽtię.M.Tullius:nõ ſola eſſe hęc duo uerba dixiſſet:ſi reperiri poſſe ullũ tertium:Sed illud magis quęri ĩſpiciq; dignũ ẽ:uerſa ne ſit& mutata ab prępoſitio in au ſyllabã ꝓpter lenitatẽ uocis:an potius au particula ſua ſit ꝓpria origie:& ꝑinde ut plereq; alię præpoſitiones a gręcis:ita hæc quoq; ĩde accepta ſit.ſicuti ẽ in illo uerſu homeri.

αὐέρυσαν μὲν πρῶτα καὶ ἔσφαξαν καὶ ἔδειραν. ἄβρομοι αὐίαχοι.

Prima ſupinarunt:necuere.exuta dedere:
Pellibus .abſq; ſono.& uocum turba.

Hiſtoria de Ventidio Baſſo ignobili homine:quem primum de parthis triũphaſſe memorię traditum eſt. Cap.iiii.

I N ſermonibus nuꝑ fuit ſenioꝝ hoiũm:& eruditoꝝ multos ĩ uetere memoria altiſſimũ dignitatis gradũ aſcẽdiſſe ignobiliſſimos pri9 homines:& deſpicatiſſimos.Nihil adeo tamẽ de quoq̃ tãtæ admiratiõi fuit:quãtæ fuerũt quę de Vẽtidio Baſſo ſcripta ſunt.Eũ picẽtẽ fuiſſe genere:& loco humili:& matrẽ ei9 a Põpeio

Vẽtidius baſſus.

Strabone Põpeii magni patre bello ſociali quo aſculanos ſubegit:captã cũ ipſo eſſe.Mox triũphante Põpeio Strabone eũ quoq; puerũ ĩter cæteros ante currũ imꝑatoris ſinu matris uectũ eſſe.Poſt quũ adoleuiſſet:uictũ ſibi ægre quæſiſſe:eũq; ſordide iuueniſſe:cõparãdis mulis:& uehiculis magiſtratibus qui ſortiti ꝓuincias forẽt:præbẽda publice cõduxiſſe.In iſto quęſtu notũ eſſe cœpiſſe.C.Cęſari:& cũ eo ꝓfectũ eſſe in gallias.Tum quia in ea ꝓuincia ſatis nauiter uerſatus eſſet:& deiceps ciuili bello mãdata ſibi pleraq; impigre:& ſtrenue feciſſet:nõ modo in amicitiã Cæſaris:ſed ex ea in ampliſſimũ quoq; ordinẽ ꝑueniſſe.Mox tribunũ quoq; plębis:ac deinde pręterẽ creatũ.Atq; in eo tẽpore iudicatũ eſſe a ſenatu hoſtẽ cũ.M.Antonio.Poſt uero cõiũctis partibus:nõ priſtinã tãtũ dignitatẽ recuꝑaſſe:ſed põtificatũ:ac deĩde cõſulatũ quoq; adeptũ eẽ.Eãq; rẽ tã intolerãter tuliſſe populũ romanũ:qui Vẽtidiũ Baſſum meminerat curãdis mulis uectitaſſe:ut uulgo per uias urbis uerſiculi pręſcriberẽtur;
Concurrite omnes augures:aruſpices.

Portentum inuſitatum conflatum eſt recens.
Nam mulos qui fricabat: conſul factus eſt.

Eundē Baſſum Suetonius Trāquillus prępoſitū eſſe a. M. Antonio prouīciis orīeta libus: parthoſq; in ſyriam ītrorūpentis: tribꝰ ab eo prœliis fuſos ſcribit. Eūq; primū omniū de parthis triumphaſſe. & morte obita publico funere ſepultum eē.

Verbū profligo a pleriſq; dici improprie inſciteq;. Cap. v.

s Icut alia uerba pleraq; ignoratione & inſcitia improbe dicētiū: quę non ītelligāt: deflexa & deprauata ſunt a ratione recta & cōſuetudine: ita huiꝰ quoq; uerbi quod eſt ꝓfligo: ſignificatio uerſa & corrupta eſt. Nā quum ab affligendo: & ad perniciē interitūq; ducēdo inclinatū id tractumq; ſit: ſemperq; eo uerbo qui diligēter locuti ſunt: ita uſi ſint: ut ꝓfligare dicerēt ꝑdigere & deperdere: ꝓfligataſq; res: quaſi ꝓflictas & ꝑditas appellarint: nūc audio ædificia & tēpla: & alia fere multa quæ prope abſoluta: effectaq; ſunt: in profligato eſſe dici: ipſaq; eſſe iam profligata. Quapropter urbaniſſime reſpōdiſſe prætorē nō indoctū uirū Barbaſculo quidam: ex aduocatorū turba Sulpitius Apollinaris in quadā epiſtola ſcriptū reliquit. Nā quū ille inquit rabula audaculus ita poſtulaſſet: uerbaq; ita feciſſet oīa uir clariſſime negocia de quibus te cogniturū eſſe hodie dixiſti: diligētia & uelocitate tua ꝓfligata ſunt: unū id ſolū relictū eſt: de quo rogo audias. Tū prætor ſatis ridicule: an illa negocia d̄ quibus iā cognouiſſe me dicis: ꝓfligata ſint equidem neſcio. hoc autē negociū quod in te incidit: ꝑculdubio ſiue audiā ſiue nō audiā ꝓfligatū eſt. Quod ſignificare autem uolūt qui ꝓfligatū dicūt. ii qui latine locuti ſunt: nō ꝓfligatū ſed affectū dixerūt ſicut M. Cicero in oratione quā habuit de ꝓuinciis cōſularibus. eius uerba hæc ſunt. Bellū affectū uidemus: & uere ut dicā pene cōfectū. Itē infra. Nā ipſe Cæſar q̄d eſt q̄ ī mea prouincia cōmorari uelit niſi ut ea quæ per eū effecta ſunt: perfecta reipu. tradat. idē Cicero in œconomico: Quū uero affecta iā ꝓpe æſtate: uuas a ſole miteſcere tēpus ē.

ꝓfligo

affectꝰ

In libro. M. Ciceronis de gloria ſecundo manifeſte eſt erratum in ea parte in qua ſcriptū eſt ſuper Hectore & Aiace. Cap. vi.

N libro. M. Tullii: qui eſt ſecūdus de gloria: manifeſtꝰ error ē nō magnæ rei i Quū errorē eſſe poſſit agnoſcere nō aliquis eruditoꝝ: ſed q tātū legerit ὄαη-ρούτον. i. Homeri. η. litterā. i. librū octauū. quāobrē nō tā id mirabamur erraſſe in eā rē. M. Tulliū q̄ nō eſſe animaduerſum hoc poſtea: correctumq; uel ab ipſo uel a Tyrone liberto eius diligētiſſimo homine: & librorum patroni ſui ſtudioſiſſimo ita enim ſcriptū in codē libro eſt: Aiax cū Hectore cōgrediēs depugnādi cauſa agit: ut ſepeliatur: ſi ſit forte uictꝰ. Declaratq; ſe uelle ut ſuum tumulum; multis etiā poſt ſeculis prætereuntes ſic loquātur.

ciceróis error.

Hic ſitus eſt: uitę iampridem lumina linquens.
Qui quondam hectoreo perculſus concidit enſe.
Fabitur hoc aliquis. mea ſemper gloria uiuet.

Huius autem ſententiæ uerſus: quos Cicero in linguam latinam uertit: nō Aiax apd̄ Homerū dicit: neq; Aiax ait ut ſepeliatur: ſed Hector dicit: & Hector de ſepultura agit: priuſq̄ ſciat: an ſecum depugnādi cauſa congreſſus ſit aiax.

ἀνδρος μεν τὸ δε σῆμα παλαι κατατεθνειῶτος
ὃν ποταρησευνοντα κατεκτανε φαιδιμος εκτωρ

ὡς ποτέ τις ἐρέει τὸ δ' ἐμὸν κλέος οὔ ποτ' ὀλεῖται.
Ecce uiri tumulum. qui pridem a lumine ceſſit.
Abſtulit hunc factis præclarum ſplendidus hector.
Quondam ita quis dicet: mea nunꝗ gloria olebit.

Obſeruatum eſſe in ſenibus: ꝙ annum fere ętatis tertium & ſexageſimum agant: aut laboribus aut iteritu aut clade aliqua inſignitum. Atqꝫ inibi ſuper eadem obſeruatione exemplum appoſitum epiſtolæ diui auguſti ad Caium filium. Cap. vii.

annus ſexageſimus tertius Climatericus

o Bſeruatũ in multa hominũ memoria: expertũqꝫ eſt ſenioribus pleriſqꝫ oĩbus ſexageſimũ tertiũ uitę annũ cũ ꝑiculo & clade aliqua uenire: aut corporis morbiqꝫ grauioris: aut uitę interitus: aut animi ægritudinis. Propterea qui rerum: uerborũqꝫ iſtiuſmodi ſtudio tenent̄: eũ ætatis ãnũ appellãt κλιμακτηρικὸν. i. ſcalariũ Nocte quoqꝫ iſta ꝓxima ſuꝑiore quũ librũ epiſtolarũ diui Auguſti quas ad Caium nepotẽ ſuũ ſcripſit legeremus: duceremurqꝫ elegãtia orationis: neqꝫ moroſa: neqꝫ anxia: ſed facili hercle & ſimplici: idipſum in quadã epiſtola ſuꝑ eo ãno ſcriptũ offendimus. Eiuſqꝫ epiſtolę exẽplũ hoc eſt. viii. cal. octobris. Aue mi Cai: meus Aſellius iucũdiſſimus: quẽ ſemꝑ mediuſfidius deſidero: quũ a me abes. Sed præcipue diebus talibus qualis eſt hodiernus. oculi mei requirere meũ Caiũ: quẽ ubicũqꝫ hoc die fuiſti: ſpero lætũ & beneuolẽtẽ celebraſſe. quartũ & ſexageſimũ natalẽ meũ: nam ut uides κλιμακτῆρα. i. ſcalariũ cõmunẽ ſeniorũ omniũ tertiũ & ſexageſimũ euaſimꝰ annum. Deos autẽ oro: ut mihi quãtũcũqꝫ ſupeſt tẽporis: id ſaluis uobis traducere liceat. i ſtatu reipub. fœliciſſimo ἀνδραγαθούντων ὑμῶν καὶ διαδεχομένον. ideſt fortiter ac uiriliter agentibus uobis: atqꝫ ſuccedentibus ſuſcipientibuſqꝫ ſtationem meam.

Locus ex oratione Phauorini ueteris oratoris de cœnarum atqꝫ luxurię exprobatione: qua uſus eſt: quum legem liciniam de ſumptu minuendo ſuaſit. Cap. viii.

q Vum legeremꝰ orationẽ ueterẽ phauorini: nõ idiſerti uiri: quã orationem totã: ut meminiſſe poſſemꝰ: odio hercle iſtiuſmodi ſumptus atqꝫ uictꝰ ꝑdidicimus. Verba quę appoſuimꝰ Phauorini hæc ſunt. Præfecti popinę atqꝫ luxuriæ: negãt cœnã lautã eſſe niſi quũ libẽtiſſime edis: tũ auferat̄ & alia eſca melior atque amplior ſuccẽturiet̄. Is nũc flos cœnæ haberet̄ inter iſtos: quibus ſumptus & faſtidium pro facetiis ꝓcedit. Qui negãt ullã auẽ pręter ficedulã: totã comeſſe oportere cęterarũ auiũ: atqꝫ altiliũ: niſi tantũ apponat̄: ut a cluniculis inferiore parte ſaturi fiant: cõuiuiũ putãt inopia ſordere. Superiorẽ partẽ auiũ atqꝫ altiliũ: qui edũt: eos palatũ nõ habere. Si ꝓportione creſcit luxuria: & debere epulas creſcere. videte q̄d relinquitur: niſi ut deliberari ſibi cœnas iubeãt ne edẽdo defatigent̄: quãdo ſtratus auro: argẽto: purpura: amplior aliquot hominibus. ꝗ diis immortalibus adornantur.

Quod Cecilius poeta frontem genere uirili: nõ poeticę: ſed cum probatione & cũ analogia appellauit. Cap. ix.

u Ere ac diſerte Cecilius hoc in ſubditino ſcripſit.
Nam ii ſunt inimici peſſimi fronte hilaro.
Corde triſti: quos neqꝫ ut apprehendas: neqꝫ ut mittas: ſcias.

Hos ego uerſus quũ de quodã iſtiuſmodi homine ſermones eſſent in circulo forte iuuenũ eruditoꝝ dixi. Tũ de grãmaticoꝝ uulgo quiſpiã nobiſcũ ibi aſſiſtens non ſane ignobilis. Quãta inquit licẽtia: audaciaqꝫ Cecilius hic fuit: cũ frõte hilaro. nõ frõte hi

fronte dixit. & tam imanẽ ſolœciſmũ nihil ueritus eſt. Immo inq̃ poti⁹ nos: & q̃ auda
ces: & q̃ licẽtes ſumus: qui frõtẽ iprobe: idocteq; nõ uirili genere dicimus: quũ & ratio
proportionis: quæ analogia appellat̃: & ueterũ auctoritas nõ hãc: ſed hũc frontem de
bere dici ſuadeãt. quippe. M. Cato in quinta originum ita ſcripſit poſtridie ſignis col Fronte
latis: æquo frõte: peditatu: equitib⁹: atq; aliis cũ hoſtiũ legionibus pugnauit: Recto hilare.
quoq; fronte idẽ Cato: eodẽ in libro dicit. At ille ſemidoctus grãmaticus. Miſſas iqt
auctoritates facias quas quidẽ ut habeas poſſe fieri puto. Sed rationẽ dic quã nõ ha-
bes. Atq; ego iis eius uerbis: ut tũ ferebat ętas irritatior audi inq̃ mi magiſter rationẽ
falſam quidem: ſed quã redarguere falſam eẽ tu nõ queas. Oĩa inq̃ uocabula trib⁹ lit
teris finita quibus frons finit̃: generis maſculini ſunt ſi in genitiuo quoq; caſu eadem
ſyllaba finiantur: ut mons: pons: frons. At ille contra renitẽs. Audi inqt diſcipule plu
ra alia cõſimilia: quæ nõ ſunt generis maſculini. Petebãt ibi oẽs: ut uel unũ ſtatim di-
ceret. Sed quũ homo uultũ intorqueret: & nõ hiſceret: coloreſq; mutaret. Tũ ego iter
ceſſi: & uade inq̃ nũc: & hẽto ad reqrẽdũ. xxx. dies. Poſtq̃ iueneris repetes nos. Atq;
ita hoiem nulli rei ad indagãdũ uocabulũ quo reſcinderet functionẽ fictã dimiſimus.

De uoluntario & admirando interitu uirginum mileſiarum. Cap. x.

P Lutarchus in libro⁊ quos περιψυχης. i. de anima iſcripſit primo quũ de mo
ribus diſſereret in aios hoium incidẽtibus uirgines dixit: mileſii nominis: fer
me quot tũ in ea ciuitate erãt: repẽte ſine ulla euidẽti cauſa uoluntatẽ cœpiſſe
obeũdę mortis. Ac deinde plurimas uitã ſuſpẽdio amiſiſſe. Id quũ accediſſet idies cre
brius: neq; aĩs ea⁊ mori pſeuerantiũ medicina adhiberi quiret: decreuiſſe mileſios: ut Mileſi
uirgines: quę corporib⁹ ſuſpẽſis demortuæ forẽt: ut eæ oẽs nudę cũ eodem laqueo: uirgĩes
qui eſſent præuĩctę efferrent̃. Poſt id decretũ uirgines: uoluntariã mortem non petiſ
ſe: pudore ſolo deterritas tam inhoneſti funeris.

Verba ſenatuſcõſulti de exigẽdis urbe roma p̃his. itẽ uerba edicti cẽſo⁊: quo ipro-
bati & coerciti ſunt: q̃ diſciplinã rhetoricã iſtituere: & exercere Rõę cœperãt. Cap. xi.

Fannio Strabone. M. Valerio Meſſalla cõſulibus: ſenatuſcõſultũ de philoſo
phis & rhetoribus latinis factũ eſt. M. Põponius prętor ſenatũ cõſuluit: qd̃
uerba facta ſũt de philoſophis & rhetorib⁹: de ea re ita cẽſuerũt: ut. M. Põpo
nius prętor aĩaduerteret: curaretq; uti ei e repu. fideq; ſua uideret̃: uti romæ ne eſſent.
Aliquot deinde annis poſt id ſenatuſcõſultum Cn. Domitius ænobarbus: &. L. Li Rhetores &
cinius Craſſus cẽſores: de coercẽdis rhetorib⁹ latinis: ita edixerũt. Renũciatũ ẽ no- philoſo
bis eẽ hoies q̃ nouũ genus diſciplinę inſtituerũt. Ad quos iuuẽtus i ludum cõueniat: phi eie-
eos ſibi nomẽ impoſuiſſe latinos rhetores. Ibi hoies adoleſcẽtulos dies totos deſidere. cti.
Maiores noſtri quę liberos ſuos diſcere: & quos i ludos itare uellẽt inſtituerũt. Hæc
noua quę prẽter cõſuetudinẽ: ac morẽ maiorũ fiũt: neq; placẽt: neq; recta uidentur:
Quapropter & iis qui eos ludos habent: & iis qui eo uenire conſueuerunt: uiſum eſt
faciundum: ut oſtenderemus noſtram ſententiam: nobis non placere. Neq; illis ſolũ
temporibus nimis rudibus: necdum gręca doctrina expolitis philoſophi ex urbe ro-
ma pulſi ſunt uerum etiam Domitiano imperante: ſenatuſconſulto eiecti: atq; urbe
& italia interdicti ſunt. qua tempeſtate Epictetus quoq; philoſophus: p̃pter id ſena-
tuſcõ. nicopolim roma deceſſit.

Loc⁹ ex orõne Gracchi de pſimonia: ac de pudicitia ſua memoratiſſim⁹. Cap. xii.

Racchus quum ex Sardinia rediit: orationẽ ad populũ in cócione habuit. ea
g uerba ſunt hæc. Verſatus ſum inquit in ꝓuícia: quomodo ex uſu ueſtro exiſti
mabã eẽ: nõ quomõ ambitioni meæ cõducere arbitrabar. Nulla apud me fuit
popina: neq; pueri eximia facie ſtabãt: ſed in cõuiuio liberi ueſtri modeſtius erant: q̃
apud prĩcipẽ. Poſt deinde hæc dicit. Ita uerſatus ſum in prouĩcia: ut nemo poſſet ue
re dicere aſſem: aut eo plus in muneribus me accepiſſe. aut mea opa quẽpiã ſumptũ
feciſſe. Bienniũ fui in ꝓuincia ſi ulla meretrix domũ meã introiuit: aut cuiuſq̃ ſeruu
lus ꝓpter me ſolicitatus eſt: omniũ nationũ poſtremiſſimũ neqſſimũq; æſtimatorẽ
Quum a ſeruis eoꝝ tam caſte me habuerim: inde poteritis conſiderare: Quomodo
me putetis cũ liberis ueſtris uixiſſe atq; ibi ex ĩteruallo: Itaq; inquit quirites: quũ ro-
mam profectus ſum. zonas quas plenas argẽti extuli: eas ex prouincia inanes rettuli:
Alii uini amphoras: quas plenas tulerũt eas argẽto plenas domo reportauerunt.

Marginal note: gracchi pſimonia

De rebus inopinatis quæ utroq; uerſum dicuntur: & a grãmaticis communia uo-
cantur. Cap. xiii.

Tor & uereor & hortor & cõſolor cõmunia uerba ſũt: ac dici utroq; uerſu poſ
u ſũt: uereor te: & uereor abs te: ideſt tu me uereris: utor te & utor abs te. i. tu me
uteris. hortor te & hortor abs te. i. tu me hortaris. ꝯſolor te & cõſolor abs te: id
eſt tu me cõſolaris. teſtor quoq; & interpretor ſignificatione reciproca dicũtur: Sũt au
tẽ uerba hæc oĩa ex altera parte inuſitata: Et an dicta ſint in eã quoq; partem queri ſo
let. Afranius ĩ cõſobrinis. Hem iſte parẽtũ eſt uitabilis liberis: ubi malũt metui q̃ ue
reri ſe a ſuis. Hic uereri ex ea parte dictũ eſt: qua eſt nõ uſitatior. Nouius ĩ ligararia:
uerbũ quod eſt utitur: ex cõtraria pte dicit. Quia ſupplex multa: quæ nõ utitur: emi-
tur tamẽ. i. q̃ uſui nõ eſt. M. Cato in quinta origine: exercitũ inquit ſuũ prãſum para
tũ cohortatus eduxit foras: atq; inſtruxit. cõſolor quoq; in partẽ alterã: præterq̃ dici
ſolitũ eſt in epiſtola. Q. Metelli: quã quũ ĩ exilio eẽt ad Cn. & ad. L. Domitios dedit.
Ac quũ animũ inq̃t ueſtrũ erga me uideo uehemẽter conſolor. & fides uirtuſq; ueſtra
mihi ante oculos uerſatur: Teſtata ĩtidẽ & ĩterpretata eadẽ ratione dixit. M. Tul-
lius in primo libro de diuinatione: ut teſtor interpretorq; uerba cõmunia uideri debe
ant. Saluſtius quoq; eodẽ modo dilargitus proſcriptoꝝ bonis dicit: tanq̃ uerbũ largi
or ſit ex uerbis cõmunibus: Veritũ autẽ ſicut puditũ & pigitũ: nõ pſonaliter per ĩfini
tũ modũ dictũ eſſe: nõ a uetuſtioribus tantũ uidemꝰ: ſed a. M. quoq; Tullio in ſecũ
do de finibus. Primũ inq̃t Ariſtippi cirenaicorũq; omniũ: quos nõ eſt ueritum ĩ ea uo
luptate: quæ maxima dulcedine ſenſum moueret ſummũ bonum ponere. Dignor
quoq; & ueneror. & cõfiteor & teſtor: habita ſunt in uerbis cõmunibus ſicuti in Virgi
lio illa dicta ſunt. Coniugio anchiſa ueneris dignate ſupbo. & Curſuſq; dabit uenera
ta ſacerdos. Cõfuſio aũt æris de quo facta cõceſſio eſt: in. xii. tabulis ſcriptũ ẽ his uer
bis. Aeris cõfeſſi: rebuſq; iudicatis. xxx. dies iuſti ſunt. Itẽ ex iiſdẽ tabulis id quoq; ẽ.
Quæ ſi erit teſtatior: libripẽſue fuerit in teſtimoniũ feriatur ĩprobꝰ ĩteſtabiliſq; eſto.

Marginal note: Cõia uerba multa

Quod Metellus Numidicus figuram orationis noua: ex orationibus grecis mu
tatus eſt. Cap. xiiii.

Pud. Q. Metellũ Numidicũ in libro accuſationis in Valerium Meſſalã tertio
a noue dictũ eſſe annotauimus: Verba ex oratione eius hæc ſunt: Quũ ſeſe ſci
ret in tantũ crimẽ ueniſſe: atq; ſocios ad ſenatũ queſtũ flẽtes ueniſſe: ſeſe maxi

mas pecunias exactos eſſe. pecunias ſe maximas exactos id nobis uidebatur gręca figura dictū: Gręci. n. dicūt εις ϖραξατομεαργυριον. i. exigit a me argētum. Id ſignificat exegit me pecuniā: ꝙ ſi id dici poteſt: etiā exactus eſſe aliquis pecuniā dici poteſt. Cecilius quoq; eadem ſigura in hypobolimœo æſchino uſus uidetur: Ego illud min⁹ nihilo exigor portorium: ideſt nihilo minus exigitur de me portorium.

Paſſis uelis. & paſſis manibus dixiſſe ueteres: non a uerbo ſuo quod eſt patior: ſed ab alieno: quod eſt pando Cap. xv

B eo quod eſt pando paſſum ueteres dixerunt: nō panſum, & cum præpoſitio Păſſū a
a ne expaſſum: nō expanſum: Cecilius in ſynariſtoſis. Heri uero pſpexiſſe eū ſe pando
ex regulis. Hęc nunciaſſe & flāmeū expaſſum domi capillo quoq; eſſe mulier Expaſſum
paſſo dicitur: q̄ſi porrecto & expāſo: & paſſis manibus: & uelis paſſis dicimus. qđ ſignificat diductis: atq; diſtentis. Itaq; Plautus in milite glorioſo a littera in e mutata: p compoſiti uocabuli morem diſpeſſis dicit: pro eo quod eſt diſpaſſis. Diſpeſſis

Credo ego iſtoc exemplo tibi eſſe eundem extra.
Portam diſpeſſis manibus patibulum quum habebis.

De nouo genere interitus crotonienſis Milonis. Cap. xvi.

Ilo crotonieſis athlęta illuſtris: quē in chronicis ſcriptū eſt olympiade prima
m coronatū eſſe: exitū habuit uitę miſerādū & mirādū. Quū iam natu grādis arte athleticā deſiſſet: iterq; faceret forte ſolus ĩ locis Italiæ ſilueſtribus: quercū uidit pxime uiā patulis ĩ parte media ramis hiātē. Tū expiri credo etiā tūc uolens: an ullæ ſibi reliquę uires adeſſēt: immiſſis ĩ cauernas arboris digitis diducere & reſcidere quercū conat⁹ ē. Ac mediā qdē partē diſcidit: diuellitq;. Querc⁹ aūt in duas diducta ptes: quū ille q̄ſi pfecto: qđ erat cōnixus: man⁹ laxaſſet: ceſſante ui redit ĩ naturā: manibuſq; ei⁹ retētis ĩcluſiſq; ſtrictā denuo: & cohæſa dilacerādū hoīem feris prębuit. Milōis interit⁹

Quam ob cauſam nobiles pueri athenienſium tibiis canere deſierint: quum patrium iſtum morem canendi haberent. Cap. xvii.

Lcibiades athenienſis: quum apud auunculū Periclē puer artibus ac diſcipli- Alcibi
a nis liberalibus erudiretur: & arceſſi Pericles Antiginidā tibicinē iuſſiſſet: ut eū ades
canere tibiis qđ honeſtiſſimū tū uidebatur doceret: traditas ſibi tibias quū ad os adhibuiſſet. ĩflaſſetq;: pudefactus oris deformitate: abiecit infregitq;. Ea res quum percrebuiſſet. omniū tum Athenienſium conſenſu diſciplina tibiis canendi deſita eſt Scrimptum hoc in commentario Pamphilæ nono & uiceſimo.

Quod pugna belli ciuilis: uictoriaq;. C. Cæſaris: quā uicit in pharſaliis cāpis nunciata prędictaq; eſt per cuiuſdam Cornelii ſacerdotis uaticinium: eodem ipſo die ĩ Italia Patauii. Cap. xviii.

Vo. C. Cæſar: & Cn. Pōpeius die ciuile bellū ſignis collatis in theſſalia cōflixe Corne-
q rūt: res accidit Patauii in trāſpadana Italia memoria digna: Cornelius qdā ſa- lius ſa
cerdos & loco nobilis & ſacerdotiis religionibus uenerandus: & caſtitate uitæ cerdos
ſāct⁹ repēte mota mēte cōſpicere ſe pcul dixit pugnā acerrimā pugnari. Ac deide alios cedere: alios urgere cædē: fugā: tela uolātia: iſtaurationē pugnę: ĩpreſſionē gemit⁹ uulnera. perinde ut ſe ipſe in prœlio uerſaretur: coram uidere ſeſe uociferatus eſt. Ac poſtea ſubito exclamauit Cæſarē uiciſſe. At Cornelii ſacardotis ariolatio leuis tū qdē ui ſa eſt: & uecors. Magnæ mox admirationi fuit: ꝙ nō modo pugnę quę in theſſalia pu-

gnata eſt: neq; prœlii exitus: qui erat predict9: idẽ fuit: ſed oẽs quoq; pugnãdi recipro cæ uices: & ipſa exercituũ duo᷑ cõflictatio uaticinãtis motu atq; uerbis repſentata ẽ.

Verba. M. Varronis memoria digna ex ſatyra quæ inſcribitur περι ἐδεσματων. ideſt de eduliis. Cap. xix.

n On pauciſſimi ſunt: in quo poteſt cõuenire id qđ. M. Varro dicit in ſatyra q̃ i ſcribit᷑ περι ἐδεσματων. i. de edulis uerba hæc ſũt. Si q̃tum ope ſũpſiſti: ut tuus piſtor bonũ faceret panẽ: eius duodecimã phię dediſſes: ipſe bon9 iãpridẽ eẽs factus. Nũc illũ q norũt uolũt emere milibus cẽtũ. Tę qui nouit nemo centuſſis.

Notata q̃dã de Euripidis poetę genere. uita: morib9: deq; eiuſdẽ fine uitæ. Ca. xx.

Euripides Vripidi poetæ matrẽ Theopõpus agreſtia olera uẽdentẽ uictũ quæſiſſe dicit.
e Patri aũt eius nato illo: reſpõſum eſt a chaldeis eũ puer᷑ quũ adoleuiſſet: uictorem i certaminibus fore. Id ei puero factũ eſſe pater iterpretatus athletã debere eſſe roborato exercitatoq; filii ſui corpore olympiã certatu᷑ eum iter athletas pueros deduxit. Ac primo q̃dem i certamine p ambiguã ætatẽ receptus nõ eſt. Poſt eleuſino & theſeo certamine pugnauit: & coronatus eſt. Mox a corporis cura ad excolendi animi ſtudiũ trãgreſſus auditor fuit phyſici Anaxagoræ: & rhetoris Prodici. In morali aũt philoſophia Socratis. Tragœdiã ſcribere natus annos duodeuiginti adortus eſt. Philocorus refert in iſula ſalamine ſpelũcã eſſe tetrã & horridã: quã nos uidimus: in qua Euripides tragœdias ſcriptitauit. Mulieres fere oĩs in maiorẽ modũ exoſus fuiſſe dicitur: ſiue q; natura abhorruit a mulie᷑ cœtu: ſiue q; ſimul duas uxores habuerat: cũ id decreto ab atheniẽſibus facto ius eſſet: quarum matrimonii pertedebat. Ei9 odii in mulieres Ariſtophanes quoq; meminit: ἐντᾶις πρατεροῖς θεσμοφοριαζούσαις ideſt in prioribus theſmophoriis quum mulieres ad ſacra conueniunt eleuſina. Theſmophoria theſmophoria enim feſta ſunt Cereris in his uerſibus.

νυν ουν ἁπάσαισι παρᾶινῶ καὶ λέγω
τοῦτον κόλασαι τὸν ἀνδρα πολλῶν οὕνεκα
ἀγρια γαρ τινα ὦ γυναῖκες δρᾶ ἅτε εν ἀγρίοις
τοῖς λαχάνοις αὐτος τραφεις. ideſt.
Omnis igitur nunc admoneo. & dico
Virum huncine ulciſci: multis de cauſis.
Agreſtia etenim quędam matronæ agit: ut qui
In agreſtibus enutritus oleribus ſit.
Alexander autem ætolus hos de Euripide uerſus compoſuit.
ὁ δὲ ἀναξαγόρου τρόφιμος ἀρχαίου.
στριφνος μεν ἐμοί γε ἔοικε προσεειπεῖν
και μισογέλως και τωθάζειν. οὐδὲ παροῖνον
μεμαθηκως: ἀλλ' ὅτι γράψι τοῦταν
μέλιτος και σειρήνων ἐτετεύχει. Ideſt
At anaxagoræ alumnus ueteris ille
Durus quidem ad ſalutandum uidetur.
Et ridendi exoſus: & iocari ne ad uinum quidem
Conſuetus. uerum quicquid ſcripſerit. id.
A melle ac ſineribus pfluit: Is quũ in macedonia apud Archelaũ regẽ eſſet: uteretur q;

eo res familiariter rediẽs nocte ab eius cœna: canibus a quodã ęmulo ĩmiſſis dilacera
tus eſt: & ex iis uulneribus mors ſecuta eſt. Sepulchrũ aũt eius: & memoriã macedo-
nes eo dignati ſũt honore: ut ĩ glorię quoq; loco prædicarent. ουϖότεσον μνημα ευρι
πιδης ολετο ϖού. i. nulla ætate tua Euripides monumẽta peribũt: Q̃d egregius poe
ta morte obita ſepultus in eorum terra foret. Quamobrem quũ legati ad eos ab athe
nienſibus miſſi petiſſent ut oſſa in terram illius patriam permitterent transferri: maxi
mo conſenſu macedones in ea re deneganda perſtiterunt.

Quod a poetis Iouis filii prudentiſſimi: humaniſſimiq;: Neptũni autẽ inhumaniſ
ſimi: & ferociſſimi tradunt. Cap. xxi.

Ræſtãtiſſimos uirtute: prudẽtia: uiribus Iouis filios poetæ appellauerũt: ut Filii io-
ęacũ: minoa: & ſarpedona: ferociſſimos & ĩmanes: & alienos ab oĩ humãitate uis
tãq̃ e mari gẽitos Neptũni filios dixerũt: Cyclopa: & Cercyõa: & Leſtrygõas: Filii ne

Hiſtoria de Sertorio duce: deq; aſtu eius: cõmentitiiſq; ſimulamẽtis: q̃bus ad Bar- ptunni
baros milites cõtinendos: cõciliandoſq; ſibi utebatur. Cap. xxii.

Ertorius uir acer: egregiuſq; dux: & utẽdi regẽdiq; exercitus peritus fuit. Is in
tpĩbus difficillimis mẽtiebatur ad milites ſi mẽdaciũ prodeſſet: & litteras cõ-
poſitas ꝑ ueris legebat: & ſomniũ ſimulabat: & falſas religiones conferebat:
ſi q̃d iſtę res eũ apud militũ aĩos adiuuabãt. Illud adeo Sertorii nobile ẽ. Cerua alba Sertorii
eximiæ pulchritudinis: & uiuaciſſimę celeritatis a Luſitano ei quodã dono data ẽ: hãc aſtutia
ſibi oblatã diuinitus & inſtinctã. Dianæ numinæ: colloqui ſecũ: monereq; & docere:
quæ utilia factu eſſent: pſuadere oĩbus inſtituit. Ac ſi quid durius uidebatur q̃d ĩperã
dũ militib9 foret: a cerua ſeſe monitũ prædicabat. Id quũ dixerat uniuerſi tanq̃ ſi deo
libentes parebant. Ea cerua quodã die quũ incurſio eſſet hoſtium nunciata: feſtinatio
ne ac tumultu cõſternata: ĩ fugam ſe prorupit: atq; in palude proxima delituit. & po-
ſtea requiſita piſſe credita eſt: Neq; multis diebus poſt inuẽtam eẽ ceruã Sertorio nũ
ciatur. Tũ q̃ nũciauerat iuſſit tacere. Ac ne cui palã diceret: ĩterminatus ẽ. Prçcepitq;
ut eã poſtero die repẽte ĩ eum locũ: in quo ipſe cũ amicis eſſet: ĩmitteret. Admiſſis de
inde amicis poſtridie: uiſum ſibi eſſe ait ĩ quietẽ: ceruã quę perierat ad ſe reuerti: Et ut
prius conſueuerat: quod opus aſſet facto prædicare. Tum Sertorio quod ĩperauerat
ſignificãte cerua emiſſa in cubiculũ Sertorii ĩtrorupit. Clamor factus: & orta admira
tio eſt. Eaq; hoĩum barbaroꝝ credulitas Sertorio in magnis rebus magno uſui fuit.
Memoriæ ꝑditũ eſt ex iis nationibus: quæ cũ Sertorio faciebant quũ multis prœliis
ſupat9 eſſet. neminẽ unq̃ ab eo deſciuiſſe: q̃q̃ id genus hominũ eſſet mobiliſſimum.

De ætatibus hiſtoricoꝝ nobiliũ Hellanici: Herodoti: & Thucydides. Ca. xxiii.

Ellanicus: Herodotus: Thucydides hiſtoriæ ſcriptores in iiſdẽ tpĩb9 fere lau
de ĩgẽti floruerũt. Et nõ nimis lõge diſtãtibus fuerũt ætatibus. Nã Hellanic9 Hella-
initio belli pellopõneſiaci fuiſſe quinq; & ſexaginta ãnos nat9 uidetur: Hero- nicus
dotus tres & q̃nquagita. Thucydides quadraginta. Scriptũ hoc ĩ lib. xi. Pãphilæ. Hero-

Quid Vulcatius Sedigitus in libro quem de poetis ſcripſit d̃ comicis latinis iudi dotus
cat. Cap: xxiiii. Thucy

Egiditus in libro quem ſcripſit de poetis. quid de iis ſentiat: qui comœdias fe- dides
cerunt: & quem præſtare ex omnibus cæteris putet: ac deinceps quo quenq; in
loco & honore ponat: his uerſibus ſuis demonſtrat.

comici Multos incerto certare hanc rem uidimus
Palmam poetæ comicio cui deferant.
Eum me iudice errorem diſſoluaã tibi.
Contra ut ſiquis ſentiat: nihil ſentiat:
Cecilio palmam ſtatuo de comico.
Plautus ſecundus facile exuperat ceteros:
Dein Neuius qui ſeruet: precio in tertio eſt.
Siquid quarto detur: dabitur Licinio.
Poſt inſequi Licinium facio Attilium
In ſexto conſequitur hos Terentius
Turpilius ſeptimum: Trabea octauum obtinet.
Nono loco eſſe facile facio Luſcium
Decimum addo antiquitatis cauſa Ennium.

De uerbis qbuſdã nouis: quę i Cn. Matii Mimiiãbis offẽderamus. Cap: xxvi

Recentatur c N. Matius uir eruditiſſimus i Mimiiãbis ſuis non abſurde neq; abſone finxit recẽtatur: pro eo quod Greci dicunt ανανεουται: ideſt renouatur: ideſt denuo naſcitur: atq; iterum fit recẽs. Verſus in quibus hoc uerbum eſt: hi ſunt.

Iamiam albicaſſit phœbus: & recentatur.
Commune lumen hominibus & uoluptas.

Edulcare Idẽ Matius in iiſdẽ mimiiãbis: edulcare dicit: quod eſt dulcius reddere i his uerſib9:

Quapropter edulcare conuenit uitam.
Curaſq; acerbas ſenſibus gubernare

Quibus uerbis Ariſtoteles philoſophus definierit ſyllogiſmum: eiuſq; definitiõis interpretamentum uerbis latinis factum. Cap. xxvi.

Syllogiſmus a Riſtoteles quid ſyllogiſmus eſſet: his uerbis definit. λογος εν ῶ τεθεντων τι νων ετεροντι των κειμενου: εξαναγκης συμβαινει δια των κειμενων. ideſt oratio. i qua poſitis quibuſdam: aliud quid a poſitis: neceſſario conſequitur p ea quæ poſita ſunt. Eius definitionis nõ uidebatur habere icommode interpretatio facta hoc modo. Syllogiſmus eſt oratio in qua conſenſus quibuſdam & cõceſſis: aliud quicq̃ quæ conceſſa ſunt: per ea quæ conceſſa ſunt: neceſſario cõficitur.

Quid ſint comitia calata: quid curiata: quid centuriata: quid tributa: quid conſiliũ Atq; inibi quędam eiuſmodi. Cap. xxvii.

Cõitia calata i N libro Lælii fœlicis ad. Q. Mutium primo ſcriptum eſt: Labeõem ſcribere calata comitia eſſe: quę pro collegio pontificũ habentur: aut regis ſacrorum: aut flaminũ: i augurandorum cauſa. Eo℞ autem alia eſſe curiata: alia centuriata. Cõitia curiata Curiata per lictorem curiatim calari: ideſt conuocari. centuriata per cornicinẽ. Cõitia cẽturiata Iiſdem comitiis quæ calata appellari diximus: & ſacrorum deteſtatio: & teſtamenta fieri ſolebant. Tria enim genera teſtamentorum fuiſſe accepimus. Vnum quod calatis comitiis in concione populi fieret. Alterum in procinctu quum uiri ad prœliũ faciendũ i aciẽ uocabantur. Teſtamẽto℞ tria genera Tertiũ per familiæ emancipationem: cui æs & libra adhiberetur. In eodem Lælii fœlicis libro hæc ſcripta ſunt. Is qui nõ uniuerſum populum: ſed partẽ aliquã adeſſe iubent: non comitia ſed cõſiliũ edicere debet. Tribuni autem neq; aduocãt patricios: neq; ad eos referre de re ulla poſſunt. Ita ne leges quidnam ppric

ſed plebiſcita appellātur: quę tribunis plębis ferētibus accepta ſunt. Quibus rogatio- nibus ante patricii nō tenebātur: donec. Q. Hortenſius dictator eam legem tulit: ut eo iure quod plębes ſtatuiſſet. omnes quirites tenerētur. Item in eodem libro hoc ſcri- ptum eſt. Quum ex generibus omniū ſuffragium feratur: curiata comitia eſſe. Quū ex cēſu & ætate cēturiata. Quū ex regiōibus & locis tributa. Cēturiata autem comi- tia itra pomeriū fieri nefas eſſe: quia exercitū extra urbem imperari oporteat: itra ur- bē imperari ius nō ſit. Propterea cēturiata in campo martio haberi: exercitūq; impera ri præſidii cauſa ſolitū: quoniā populus eſſet in ſuffragiis ferendis occupatus. Plebiſcita

Quod errauit Cor. nepos quum ſcripſit Ciceronē tres & uiginti annos natum cau ſam pro Sex. Roſcio dixiſſe. Cap. xxviii.

Cor. Nepos & rerū memoriæ nō indiligēs: & M. Cicerōis: ut ꝗ maxime ami- cus familiariſq; fuit. Atq; is tamē in primo librorū quos de uita illius cōpoſuit erraſſe uidetur quū eū ſcripſit tris & uiginti ānos natū: primā cauſam iudicii publici egiſſe. Sex. q; Roſciū parricidii reū defendiſſe. Dinumeratis ꝗppe ānis a. Q. Cepione: & a. Q. Serranno: quibus cōſulibus: ante diē. iii. nonas Ianuarii. M. Cicero natus eſt: ad. M. Tulliū: &. Cn. Dolobellā ꝗbus cōſulibus cauſam priuatā pro Qui tio apud Aquiliū Gallū iudicē dixit ſex & uiginti anni reperiūtur: Neq; dubium eſt: quin poſt annū: q̄ pro Quitio dixerat. Sex. Roſciū reū parricidii defenderit: annos iā ſeptem & uigiti natus. L. Sylla Felice: &. Q. Metello Pio cōſulibus. In qua re etiā Fe neſtellā erraſſe Pedianus Aſconius aīaduertit: q; eum ſcripſerit: ſexto & uiceſimo æta tis anno pro Sexto Roſcio dixiſſe. Lōgior autem Nepotis: q̄ Feneſtellæ error eſt: niſi quis uult i aīum iducere: ſtudio amoris: & amicitiæ adductum: amplificādæ admira- tiōis gratia: quadriēnium Nepotē ſuppreſſiſſe: ut. M. Cicero oratiōem florentem di- xiſſe ꝓ Roſcio admodum adoleſcēs uideretur. Illud adeo ab utriuſq; oratoris ſtudio ſis aīaduerſum & ſcriptū eſt: q; Demoſthenes & Cicero pari ætate illuſtriſſimas orati ones i cauſis dixerint. Alter κατα ἀνδροτιώνος και κατα Τιμοκράτους. ideſt in An- drotionem & Thimocratem: & ſeptē & uigiti annos natus. alter anno minor ꝓ. Pu. Quitio: ſeptimo & uiceſimo ꝓ Sex. Roſcio. Vixerūt quoq; nō nimis numerum āno- rum diuerſum. Alter tris & ſexagita annos Demoſthenes. lx. Cor. nepotis error

Quali figura orōnis & q̄ noua. L. Piſo annaliū ſcriptor uſus ſit. Cap. xxix.

Væ iſtæ i loquēdo figuræ notę: ſatis uſitatæ ſunt. Mihi nomē eſt Iulius. & mi d hi nomē eſt Iulii. Tertiā figurā nouā hercle repperi apud Piſonē i ſecūdo an- naliū. Verba Piſōis hæc ſunt. L. Tarquiniū collegam ſuum: quia Tarqnio no mē eſſet metuere. Eumq; orat: uti ſua uolūtate Roma concedat. Quia Tarquinio in quit nomē eſſet. Hoc peride eſt: tanq̄ ſi ego dicam: mihi nomen Iulium.

Vehiculū q; petorritū appellatᷣ cuiatis liguę uocabulū ſit gręcæ an gallicę. Ca. xxx.

Vi ab alio genere uitę detriti iā & retorridi ad lr̄am diſciplinis ſerius adeunt: ſi q forte idē garruli natura: & ſubargutuli ſunt: q̄ oppido fiūt in lr̄arū oſtētatione inepti & friuoli. Quod genus ꝓfecto ille homo eſt: qui de petorritis nuper ar- gutiſſimas nugas dixit. Nā quū quæreretur petoritū quali forma uehiculū: cuiatiſq; ligue uocabulū eēt: & faciē uehiculi emētius eſt lōge alienā: falſamq;: & uocabulū gre cū eſſe dixit. Atq; id ſignificare uolucres rotas iterpretatus eſt. Comutataq; una littera petorritum petorritū eſſe dictū uolebat: quaſi petorotū. Scriptū etiā hoc eſſe a Valerio contendit

Probo. Ego quum probi multos admodũ cõmentarioꝝ libros acqſiuerim: neqꝫ ſcriptum in his inueni: nec uſqꝫ alioquin Probũ ſcripſiſſe credo. Petorritũ enim eſt non ex græca dimidiatum ſed totũ trãſalpibus factum: nã eſt uox gallica. Id ſcriptũ eſt in libro. M. Varronis quartodecimo reꝝ diuinaꝝ. Quo in loco Varro quũ de petorrito dixiſſet: eſſe id uerbũ gallicũ: lanceã quoqꝫ dixit nõ latinũ ſed hiſpanicũ uerbũ eſſe. Lancea

Quæ uerba legauerint rhodii ad hoſtium ducẽ Demetrium: quum ab eo obſiderentur ſuper illa inclyta Hyaliſi imagine. Cap. xxxi.

r Hodũ inſulã celebritatis antiqſſimæ oppidũqꝫ ĩ ea pulcherrimũ: ornatiſſimũqꝫ obſidebat oppugnabatqꝫ Demetri9 dux ętatis ſuæ ĩclyt9. Cui a peritia diſciplinaqꝫ faciẽdi obſidii: machinarũqꝫ ſolertia: ad capiẽda oppida reptaꝝ cognomentũ πολιορκητης. i. urbiũ expugnator fuit. Tũ ibi ĩ obſidiõe illa ædes quaſdã publice factas: quæ extra muros urbis cũ paruo præſidio erat aggredi: atqꝫ uaſtare: & abſumere igni parabat. In iis ædib9 erat memorãtiſſima illa imago Hyaliſi Protogenis manu facta illuſtris pictoris. Cuius opis pulchritudinẽ pręſtantiãqꝫ ira pcitus rhodiis ĩuidebat. Mittũt rhodii legatos ad Demetriũ cũ his uerbis. Quę malũ ĩquiunt ratio ẽ ut tu imaginẽ iſtã uelis ĩcendio ædiũ facto: diſpdere. Nã ſi nos oĩs ſupaueris: ac oppidũ hoc totũ cœperis: imagine quoqꝫ illa ĩtegra: & ĩcolumi p uictoriã potieris. Sin uero nos uĩcere obſidẽdo nequeris: petimus cõſideres ne turpe tibi ſit: quia nõ potueris bello rhodios uĩcere: bellum cum Protogene mortuo geſſiſſe. Hoc ubi ex legatis audiuit: oppugnatiõe deſita & imagini & ciuitati pepercit.

Hyaliſus pictor

## AVLI GELII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII LIBER DECIMVSSEXTVS.

Verba Muſonii philoſophi græca digna: atqꝫ utilia audiri: obſeruariqꝫ eiuſdẽ utilitatis ſñia a. M. Catone multis ante annis numantiæ ad equites dicta. Cap. primum.

a Doleſcẽtuli cũ ẽt tum ĩ ſcholis eẽmus. ἐνθυμημάτιον. i. cõmẽtariũculã hoc grecũ: quod appoſui dictum eſſe a Muſonio philoſopho audiebamus: & quoniã uere atqꝫ luculẽte dictũ uerbiſqꝫ eſt breuib9 & rotũdis ĩuĩctum: perqꝫ libẽter memineramus. ἀντὶ πρᾶξις καλὸν μετὰ πόνου ὀμὲν πόνος οἴχεται τὸ δὲ καλὸν μένει ἂν τι ποιήσῃς αἰσχρὸν μετὰ ἡδονῆς τὸ μὲν ἡδὺ οἴχεται τὸ δὲ αἰσχρὸν μένει. i. deſt ſi per laborem hõeſti quippiam ęgeris: laborabit. hõeſtum manet. Si p uoluptatẽ turpe feceris quippiam: qđ ſuaue eſt abit: quod turpe eſt manet. Poſtea iſtam ipſam ſñiam ĩ Catõis oratiõe: quam dixit numãtiæ apud equites poſitam legimus. Quæ & ſi laxioribus paulo: longioribuſqꝫ uerbis cõprehẽſa eſt: p quam illud grecum quod diximus: quoniã tamẽ prior tẽpore: antiquior eſt: uenerabilior uideri debet. Verba ex oratiõe hæc ſũt. Cogitate cum aĩs ueſtris: ſiquid per laborem recte feceritis: labor ille a uobis cito recedet: benefactũ a uobis dum uiuetis nõ abſcedet. Sed ſi qua per uoluptatẽ nequiter feceritis: uoluptas cito abibit: nequiter factum illud apud uos ſemper manebit.

Cuiuſmodi ſit lex apud dialecticos percontandi diſſerendiqꝫ: & quæ ſit eius legis reprehenſio. Cap. ii.

l Egem eſſe aiũt diſciplinæ dialecticæ: ſi de quapiã re quæratur: diſputeturque atqꝫ ibi qđ rogere ut reſpõdeas: tũ ne amplius quid dicas: qꝫ id ſolũ: quos es rogatus: aut aias. aut neges. Eamqꝫ legem qui nõ ſeruant: & aut plus: aut aliter

q̃ ſunt rogati reſpõdeant: exiſtimãtur rudes indoctiq́ʒ eſſe: diſputandiq́ʒ morem: atq́ʒ rationem nos tenere. hoc quidem quod dicunt in pleriſq́ʒ diſputationibus proculdubio fieri oportet. Indefinitus nãq́ʒ: inexplicabiliſq́ʒ ſermo fiet. niſi interrogatiõibus reſpõſionibuſq́ʒ ſimplicibus fuerit determinatus. Sed enim eſſe quędã uidentur: in quibus ſi breuiter: & ad id: quod rogatꝰ fueris reſpõdeas capiare. Nam ſiquis his uerbis interroget. poſtulo ut reſpõdeas. Deſieris ne facere adulteriũ an nõ? utcũq́ʒ dialectica lege reſpõderis: ſiue aias: ſeu neges: hęrebis in captiõe: tam ſi te dicas adulterum: q̃ ſi neges. Sed quod minus eſt in interrogatione: id eſt addendũ. Nam qui facere aliquid non deſinit: nõ id neceſſario etiã fecit. Falſa igitur eſt ſpecies iſtiꝰ captionis: & nequaq̃ ꝓcedere ad id poteſt: ut colligi: cõcludiq́ʒ poſſit eũ facere adulteriũ: q ſe negauerit facere deſiſſe. Quid aũt legis iſtius ꝓpugnatores ĩ illa captiũcula faciẽt ĩ qua hærere neceſſum eſt? ſi nihil aliud: q̃ quod interrogati eum reſpõderunt. Nã ſi ita ego iſtoꝶ aliquẽ rogem. Quicqd nõ perdidiſti: habeas ne an non habeas? poſtulo aut aias: aut neges: utcunq́ʒ breuiter reſponderit: capietur. Nã ſi nõ habere ſe negauerit: qđ non perdidit: colligetur oculos eum non habere: quos non perdidit. Sin uerò habere ſe dixerit: colligetur eum habere cornua: quæ nõ perdidit. Rectius igitur: cautiuſq́ʒ ita reſpõdebitur: qcquid habui: id habeo ſi id nõ perdidi. Sed huiuſcemodi reſponſio nõ fit ex ea lege quã diximus. Plus enim q̃ quod rogatus eſt reſpondet. Et propterea id quoq́ʒ ad eam legẽ addi ſolet: non eſſe captioſis interrogationibus reſpondendum.

Dialectice captiões

Quanã rõne effici dixerit Eraſiſtratus medicus: ſi cibus forte deerit: ut tolerari aliq̃tiſp inedia poſſit: & tolerari fames: uerbaq́ʒ ipſa Eraſiſtrati ſup ea re ſcripta. Ca. iii.

c Vm Phauorino Romę dies plerũq́ʒ totos eramꝰ. Tenebatq́ʒ aĩos noſtros homo ille fandi dulciſſimus. Atq́ʒ eum quoquo iret: quaſi ex lingua prorſum eius capti ꝑſequebamur. Ita ſermonibus uſq́ʒquaq́ʒ amœniſſimis demulcebat. tũ ad quẽdã ęgꝶ quũ iſſet uiſere: noſq́ʒ cũ eo una ĩtroiſſemꝰ: multaq́ʒ ad medicos: q tũm forte iſtic erãt: ualitudinis eius gratia: oratiõe græca dixiſſet: Ac ne hoc quidem ĩquit miꝶ uideri debet: q cũ ante hac ſemp edundi fuerit appetẽs: nũc poſt imperatã inediã tridui: oĩs eius appetitio priſtina elãguerit. Nã quod Eraſiſtratus ſcriptũ reliquit inquit propemodũ ueꝶ ẽ. Eſuritionẽ faciũt inanes patẽteſq́ʒ inteſtino fibrę & caua intꝰ uentris: & ſtomachi uacua hiantia. quæ ubi aut cibo cõplentur: aut inanitate diutina cõtrahũtur: & cõniuẽt: tũc loco ĩ quẽ cibus capitur uel ſtipato: uel adducto: uolũtas capiẽdi eius: deſiderãdiq́ʒ reſtĩguitur. Scythas quoq́ʒ ait eũdẽ Eraſiſtratũ dicere: quũ ſit uſus: ut famẽ lõgius tolerẽt: faſciis uẽtrẽ ſtrictiſſime circũligare. Ea uẽtris cõpreſſiõe eſuritionẽ poſſe depelli creditũ eſt. Hæc tũ Phauorinꝰ multaq́ʒ huiuſmodi alia affabiliſſime dicebat. Nos aũt poſtea quũ libꝶ forte Eraſiſtrati legeremus Διαιρεσεων idest diuiſionũ primũ: idipſũ in eo libro: qđ Phauorinũ audiebamꝰ dicere: ſcriptum offendimus. Verba Eraſiſtrati ad eã rem ꝑtinentia: hęc ſũt ελογιζομεθα ουν παρα τη νισχύραν σύμπτωσιν της κοίλιας. ειναι την σφοδρα ἀσιτιαν. και γαρ τοις επιπλεον ασιτουσι κατα προαιρεσιν εν τοις πρωτοις χρονις η πεινα παρακολουθει. υστερον δε ουκετι. idest. Cogitabamus itaq́ʒ propter nimiam uentris compreſſionem ſummã eſſe inediam. Nam & ii qui ſponte abſtinent cibo primis temporibus fame afficiũtur poſt ut eſt minus. Deinde paulum infra. ειοις μενοι δε ειδι καὶ οι σκυθαι οταν δια τινα καὶ ρον αναγκαιον ται ασιτειν ζωναις πλατειαις την κοιλιαν διασφιγκειν ως

esuritio

της πείνης αὐτοὺς ἧττον ἐνοχλούσης σχεδὸν δὲ καὶ ὅταν πληρὴς ἡ κοιλία ᾖ διὰ τὸ κένωμα ἐν αὐτῇ μηδὲν εἶναι διὰ τοῦτο οὐ πεινῶσιν ὅταν δὲ σφόδρα συμπεπτωκυῖα ἡ. κένωμα οὐκ ἔχει. ideſt. Scythæ etiã cõſueuerunt: ſiquãdo cuiuſpiã rei cauſa inediam ferre coguntur. latioribus faſciis uentrem cohibere: qua ita fames minus eos infeſtet uẽtre etiam fere pleno quia nulla in eo ſit inanitas: ſit ne eſuriãt. Quũ autẽ uenter cõpreſſus admodũ eſt: caret inanitate. In eodẽ libro Eraſiſtratus uim quandam famis nõ tolerabilẽ quã græci βούλιμον καὶ βουπείνην: ideſt eſuritionẽ: & anxiam edẽdi ſitim appellant in diebus frigidiſſimis multo facilꝰ accidere ait: q̃ cum ſerenũ atq; placidum eſt. Atq; eius rei cauſas: cur is morbus in eo plerũq; tẽpore oriatur nõdum ſibi eſſe cõpertas dicit. Verba quibus id dicit hæc ſunt. ἄπορον δὲ καὶ δεόμενον ἐπισκέψεως καὶ ἐπὶ τούτου καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν βουλιμιώντων διὰ τί ἐκ τοῖς ψύχεσι μᾶλλον τὸ σύμπτωμα τοῦτο γίνεται ἢ ἐν ταῖς εὐδίαις. ideſt dubium eſt indigẽſq; conſiderationis: tum in hoc: tum in cæteris famelicis: quare in frigoribus magis huiuſcemodi caſus accidat q̃ ſerenis temporibus.

Quo ritu quibuſq; uerbis fecialis populi romãi bellũ indicere ſolitus ſit iis: ꝗbus populus Romanꝰ bellũ fieri iuſſerat. Et item ĩ quæ uerba cõceptũ fuerit iuſiurãdum de furtis militaribus ſanciẽdis. & uti milites ſcripti ĩtra prędictũ diẽ: in loco certo frequẽtarẽt: cauſis ꝗbuſdã exceptis: ꝓpter q̃s iuſiurãdũ remitti æquũ eſſet. Cap. iiii.

Cincius in libro tertio de re militari fecialẽ populi Romani bellũ indicẽtẽ hoſti-
c bꝰ: telũq; in agꝝ eoꝝ iacientẽ hiſce uerbis uti ſcripſit. Qđ populus hermũdulus: hoĩeſq; populi hermũduli aduerſus populũ romanũ bellũ facere deliquere: quodq; populus romanus cũ populo hermũdulo hoĩbuſq; hermũdulis bellũ iuſſit. Ob eam rẽ ego populuſq; romanus populo hermundulo hoĩbuſq; hermundulis bellũ indico: facioq;. Itẽ in libro eiuſdẽ Cincii de re militari ꝗnto ita ſcriptũ eſt. Quũ delectus antiꝗtus fieret. & milites ſcriberentur: ĩ iuſiurandũ eos tribunꝰ militaris adigebat in uerba hæc. In magiſtratu. C. Lelii. C. filii cõſulis. L. Cornelii. P. filii cõſulis: in exercitu decẽq; milia paſſuũ ꝓpe furtũ nõ facies: dolo malo: ſolus: neq; cũ pluribꝰ: pluris nũmi argẽti: ĩ dies ſingulos. Extraq; haſtã: haſtile: ligna: põbabulũ: utrẽ: follẽ faculã: ſiquid ubi ĩueneris: ſuſtuleriſue: qđ tum nõ erit: qđ pluris nũmi argẽti erit uti tu ad. C. Leliũ. C. filium cõſulẽ. L. ue Corneliũ. P. filium cõſulẽ: ſiue ad quẽ uter eoꝝ iuſſerit: ꝓferes: aut ꝓfitebere in triduo ꝓximo: quicꝗd inueneris ſuſtuleriſue in dolo malo. Aut domino ſuo: ciuiũ id cẽſebis eſſe: reddes, uti qđ recte factũ eſſe uoles. Militibus autẽ ſcriptis dies prefiniebatur: quo die adeſſent: & ut citati cõſuli reſpõderent: Deĩde ita cõcipiebatur iuſiurãdũ: ut adeſſent: his additis exceptionibus: niſi harunce aliq̃ cauſa erit: funꝰ familiare: ferię uidemiales. Calẽdęq; quę nõ eius rei cã in eũ diem collatæ ſint: quo is eo die minus ibi eſſet. Morbus ſonticus: auſpiciũue qđ ſine piaculo pręterire nõ liceat. Sacrificiũue anniuerſariũ qđ recte fieri non poſſet: niſi ipſius eo die ibi ſit: ius: hoſteſue: ſtatus: cõdictuſue dies cum hoſte: ſi cui eoꝝ harũce quę cauſa erit: eũ ſe poſtridie q̃ ꝑ eas cauſas licebit: eo die uentuꝝ aditurũq; cũ: q eum pagũ: uicũ: oppidũue delegerit. Itẽ in eodẽ libro uerba hęc ſunt. Miles cũ die q prædictus eſt
Alę exercitus aberat: neq; excuſatus erat ĩfrequẽs dabatur. Itẽ in libro ſexto hec ſcriptũ eſt. Alæ dictę exercitus: equitũ ordines: q; circũ legiones dextra ſiniſtraq; tanq̃ alæ in auium cor-
Legio poribus locabãtur. In legione ſunt cẽturię. lx. manipuli. xxx. cohortes decem.

Veſtibulum quid ſignificet. deq; eius uocabuli rationibus. Cap. v.

Aegra etenim ꝓperās: tanq̃ habitura fuit. Amicus meus ουκ αμουσος. i. nō inelegās adoleſcens: in plures uerſiculos l centius liberiuſq; uertit: qui quoniam mihi quidem uiſi ſunt non eſſe memoratu indigni: ſubdidi.

Dum ſemhiulco ſauio meum puellum ſauior:
Dulcemq; florem ſpiritus duco ex aperto tramite:
Anima ægra & ſaucia cucurrit ad labias mihi.
Rictumq; oris peruium: & labra pueri mollia
Rimata itineri tranſitus: ut tranſiliret nititur.
Tum ſi moræ quid pluſculæ fuiſſet in cœtu oculi:
Amoris igni percita tranſiſſet: & me linqueret.
Et mira prorſum res maneret: ut ad me fierem
Mortuus: ad puerum intus uiuerem.

Diſertatio Herodis attici ſuꝑ ui & natura doloris: Suęq; opinionis affirmatio per exēplum indocti ruſtici: qui cum rubis fructiferas arbores præcidit. Cap. xii.

Erodē atticū cōſularem uiꝝ athenis diſſerentem audiui gręca orōne: in qua ſe
h re omnis memoriæ noſtrę uniuerſos grauitate atq; copia: & elegantia uocum
longe præſtitit. Diſſeruit autē cōtra ατωαθιαν. ideſt trāqllitatē ſtoicoꝝ laceſſi-
tus a quodā ſtoico: tanq̄ minus ſapiēter: & paꝝ uiriliter dolorē ferret: ex more pueri:
quē amauerat. In ea diſertiōe q̄tulū memini: huiuſcemodi ſenſus eſt: ꝙ nullus uſq̄ ho
mo q ſecundū naturā ſentiret: & ſaperet: affectionibus iſtis animi: quas ωαθη. i. paſſi
ones appellabāt ægritudinis: cupiditatis: timoris: iræ: uoluptatis carere: & uacare to
tis poſſet: & oīno nō doelre. Atq; ſi poſſet etiā obniti ut totis careret: nō ex re id eē me
lius: quoniā lāgueret aīus: & torperet affectionū quarundā adminiculis ut neceſſario
plurimū impio priuatus. Dicebat. n. ſenſus iſtos motuſq; animi: q quū imoderatio-
res ſunt: uitia fiūt: inexos implicatoſq; eſſe uigoribus qbuſdam mētiū & alacritatibꝰ
Ac ꝓpterea ſi oīno omnis eos impitius cōuellamus periculū eſſe. ne eis adhęrētes bo-
nas quoq; & utiles aī indoles amittamus. Moderandos eſſe igitur & ſcite cōſiderateq;
purgādos cēſebat. ut ea tātum quę aliena ſunt: cōtraq; naturā uiderentur: & cū ꝑnicie
agnata ſunt: detrahātur. Ne ꝑfecto id accidat: quod cuipiā Thracio inſipienti & ru-
di in agro: quē emerat: ꝓ curādo ueniſſe uſu fabula eſt. Homo Thracius inqt ex ulti-
ma barbaria ruris colēdi inſolēs: quū in terras cultiores humanioris uitę cupidine cō-
migraſſet: fundū mercatus eſt olea atq; uitę cōſitū: qui quia nihil admodū ſuper uitæ
aut arbore colēda ſciret: uidet forte uicinū rubos late atq; alte ab hortos excidētē. Fra-
xinos ad ſummū ꝓpe uerticē deputantē. Suboles uitium e radicibꝰ caudicum ſuper
terrā fuſas reuelētē. Stolōes in pomis: aut ī oleis ꝓceros: atq; decerptos amputantem
Acciditq; ꝓpe: & cur tantā ligni atq; frondiū cædē faceret: ꝑcōtatus eſt. Et uicinꝰ ita
reſpōdit: ut ager inqt mūdus puruſq; fiat: eiuſq; arbor atq; uitis fœcūdior. Diſcedit il
le a uicino grās agēs: & lętꝰ tanq̄ adeptus rei ruſticę diſciplinā. Tum falcē ibi ac ſecu-
rim capit: atq; ibi homo miſer iperitus: uites ſuas ſibi oīs & oleas detrūcat. Comaſq;
arboꝝ lætiſſimas: uberrimoſq; uitū palmites decidit. & fructeta atq; uirgulta ſimul
omnia pomis frugibuſq; gignēdis fœlicia: cū ſentibus & rubis: purificādi agri gratia
cōuellit: mala mercede doctus: audaciā: fiduciāq; peccandi imitatione falſa eruditus.
Sic inqt iſti apathiæ ſectatores: qui uideri ſe eē tranqllos: & itrepidos: & imobiles uo
lūtdū nihil cupiunt: nihil dolēt: nihil iraſcūtur: nihil gaudent: oībus uehemētioribꝰ
animi officiis amputatis: in corpore ignauæ & quaſi eneruatæ uitæ conſeneſcunt.

Quos pumiliones dicimus: græce ναννους appellari. Cap. xiii.

Tabāt forte una in ueſtibulo palatii fabulātes Fronto Cornelius: & Feſtꝰ Po
s ſthu. & Apolli. Sulpitius. Atq; ibi ego aſſiſtēs cū qbuſdā aliis ſermōes eoꝝ:
quos de litterarum diſciplinis habebant: curioſius captabā. Tū Fronto Apol
linari. Fac me inquit magiſter ut ſim certus: an recte ſuperſederim nanos dicere: par
ua nimis ſtatura homines: maluerimq; eos pumiliōes appellarẽ: quoniā hoc ſcriptum
eſſe in libris ueteꝝ meminerā. Nanos autē ſordidū eſſe uerbū & barbaꝝ credebā. Eſt
inqt hoc Apollinaris in cōſuetudine imperiti uulgi frequēs. ſed barbaꝝ non eſt: cenſe
Nanus turq; linguæ græcę origine. Nανους enim græci uocauerunt breui atq; humili corpo
re homines: paulū ſupra terrā extantes. Idq; ita dixerunt adhibita quadā ratione ety
mologiæ cum ſnia uocabuli competente. Etſi memoria inqt mihi nō labat ſcriptum
hoc eſt in comœdia Ariſtophāis: cui nomē eſt ακλαννης. ideſt minime plorās. Fuiſſet
autē uerbū hoc a te ciuitate donatū: aut ī latinā coloniā deductū: ſi tu eo uti dignatꝰ
fores. Eſſetq; in impendio ꝓbabilius: q̄ quæ a Laberio ignobilia nimis & ſordentia in
uſum linguę latinæ intromiſſa ſunt. Tū Feſtus Poſthumiꝰ grāmatico cuipiam latio
Frontonis familiari. Docuit inqt nos Apollinaris nanos uerbū græcū eſſe. Tu nos do
ce in quo de mulis aut equuleis humilioribꝰ uulgo dicitur: an ne latinum ſit: & apud
quē ſcriptū reꝑiatur. Atq; ille grāmaticus: homo ſane ꝑq̄ in noſcendis ueteribꝰ ſcri
ptis exercitus. Si piaculū inqt nō committitur præſente Apollinare: quid de uoce illa
gręca latinaue ſentiā dicere audeo tibi Feſte quærēti reſpōdere eſſe hoc uerbū latinum
Scriptūq; inueniri in poematis Heluii cinnæ nō ignobilis neq; indocti poetæ. Verſuſ
eius ipſos dixit: quos quoniam memorię mihi aderant: adſcripſi.

At nunc me genii nana per ſalicta
Bigis rheda rapit citata nauis

Contemporaneos fuiſſe Cæſari & Ciceroni. M. Varronē &. P. Nigidiū ætatis ſuæ
doctiſſimos romanos. Et q; Nigidii commentatiōes propter eaꝝ obſcuritates: ſubti
litatemq; in uulgus non exeunt. Cap. xiiii.

Etas. M. Ciceronis. &. C. Cæſaris præſtāti facūdia uiros paucos habuit. Do
M. Cicero a ctrinaꝝ autē multiformiū uariarūq; artiū qbus humanitas erudita ē: culmi
na habuit. M. Varronē &. P. Nigidiū. Sed Varrōis quidem monumēta reꝝ
C. Cęſar ac diſciplinaꝝ: quæ per litteras cōdidit in ꝑpatulo frequētiq; uſu ferūtur. Nigidianæ
autē cōmentationes non perinde in uulgus exeūt: & obſcuritas ſubtilitaſq; eaꝝ tanq̄
M. uarro paꝝ utilis derelicta eſt. Sicuti ſunt quæ pauloante legimus in commētariis eiꝰ: quos
grāmaticos īſcripſit. E quibus quędā ad demōſtrādū ſcripturæ genus exēpligrā ſum
P. Nigidius pſi. Nā qū de natura atq; ordine lr̄aꝝ diſſereret: quas grāmatici uocales appellant:
uerba hæc ſcripſit. Quæ relinqmus inenarrata ad exercēdā legētiū ītētionē. a & o ſē
per principes ſunt. i & u ſemp ſubditæ. e & ſubdit & pręit. In euripo pręit: & ſubdit
in ęmilio. Siqs putat præire u in his uerbis ualerii: Vēnoni: uoluſi. Aut i in his iāpri
dē: iecur: iocū: iucūdū: errabit q; heæ lr̄ę qū præūt: ne uocales qdem ſunt. Itē ex eodē
libro uerba hęc ſunt. Inter lr̄am n & g eſt alia uis: ut ī noīe anguis: & angaria: & ancho
ræ: & īcrepat: & īcurrit: & īgenuus. In oībus. n. his non ueꝝ n ſed adulterinū ponitur
Nā n nō eſſe: lingua indicio eſt. Nā ſi ea littera eſſet lingua palatū tāgeret. Alio deinde
i loco eſt ſcriptum. Gręcos nō tātę inſcitię arceſſo qui ου ex o & u ſcripſerūt: quātæ qui
ei ex e & i. Illud enim inopia fecerunt: hoc nulla re ſubacti.

# AVLI GELII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII LIBER VIGESIMVS.

Diſceptatio Sexti Cecilii iureconſulti: & Phauorini philoſophi de legibus duodecim tabularum. Caput primum.

s Ex. Cecilius in diſcipliua iuris atq; legibus po. Romani noſcẽdis: interpretãdiſq; ſciẽtia uſu auctoritateq; illuſtri fuit. Ad eũ forte ĩ area palatina quũ ſalutationẽ Cęſaris opperiremur: philoſophus Phauorinus acceſſit. Collocutuſq; ẽ nobis multiſq; aliis pręſentibꝰ. In illis tũc ſermonibus. orta mẽtio eſt deceuiraliũ: quas decẽuiri eiꝰ rei grã a populo creati compoſuerũt. Inq; duodecim tabulas cõſcripſerũt. eas leges quũ Sex. Ceciliꝰ inquiſitis exploratiſq; multaꝝ urbiũ legibus: elegãti atq; abſoluta breuitate uerborum ſcriptas diceret. Sic inqt hoc Phauorinus in pleraq; eaꝝ legũ parte ita uti dicis. Nõ enim minus cupide tabulas iſtas. xii. legi: q̃ illos decẽ libros Platonis de legibꝰ. Sed quędã iſtic aĩaduertũtur: aut obſcuriſſima aut leuia: cõtra dura nimis & remiſſa: aut nequaq̃ ita ut ſcriptum eſt conſiſtentia. Obſcuritates inquit Sex. Cecilius: non aſſignemꝰ culpę ſcribentiũ: ſed inſcitiæ non aſſequẽtiũ: quanq̃ ii quoq; ipſi qui quæ ſcripta ſunt minus percipiũt: culpa uacãt. Nam longa ætas uerba atq; mores ueteres oblitterauit. quibus uerbis moribuſq; ſñia legum cõprehenſa eſt. Trecẽteſimo nãq; anno poſt Romã conditã tabulæ cõpoſitæ ſcriptęq; ſunt. A quo tẽpore ad hunc diẽ anni eſſe non longe minus. dcc. uidẽtur: Dure aũt ſcriptũ eſſe in iſtis legibus: qui exiſtimari poteſt? Niſi durã eſſe legẽ putas: quæ iudicẽ arbitrũue iure datũ: qui ob rem dicendam pecuniam accepiſſe cõuictus eſt: capite ponit: Aut quæ furẽ manifeſtũ: ei cui furtũ factum eſt in ſeruitutẽ tradit. Nocturnũ aũt furẽ ius occidẽdi tribuit. Dic enĩ quæſo: dic uir ſapientiæ ſtudioſiſſime: an tu aut iudicis illius pfidiã cõtra oĩa iura diuĩa atq; humana iuſiurãdũ ſuũ pecunia uẽdẽtis: aut furis manifeſti intolerãdã audaciã: aut nocturni graſſatoris ĩſidioſam uiolẽtiã: nõ dignã eſſe capitis pœnæ exiſtimas. Noli inqt Phauorinus ex me quęrere qd ego exiſtimẽ. Scis enim ſolitũ eſſe me pro diſciplina ſectæ quã colo inqrere potius: q̃ decernere. Sed nõ leuis æſtimator: neq; aſpernabilis eſt populꝰ Romanus: cui delicta quidem iſtæc uindicanda pœnæ tamen huiuſcemodi nimis duræ eſſe uiſæ ſunt. Paſſus eſt enim leges iſtas de tam ĩmodico iudicio. ſitu atq; ſenio emori. Sicut illud quoq; nõ humaniter ſcriptũ ĩprobauit: q; ſi homo ĩ ius uocatus morbo aut ætate ęger ad ingrediẽdũ ĩualidus eſt: arcera non ſternitur: ſed ipſe aufertur. & iumẽto ĩponitur: atq; ex domo ſua ad pretorẽ ĩ comitiũ noua funeris facie efferẽ. Quã enĩ ob cauſã morbo affectus: & ad reſpõdendũ ꝓ ſeſe idoneus iumẽto adherens in ius aduerſario deportatur. Qđ uero dixi uideri quædã eſſe ĩpendio molliora: nonne tibi quoq; uidetur eẽ dilutũ: qđ ita de iniuria punienda ſcriptum eſt. Si iniuria alteri faxit xxv. æris pœnę ſunto. Quis enim erit tam inops: quem ab iniurię faciendę. xxv. aſſes deterreãt. Itaq; quũ eam legẽ. Q. quoq; Labeo ueſter ĩ libris: quos ad. xii. tabulas cõſcripſit: non probaret: inqt. L. Neratius fuit egregie homo improbus: atq; ĩmani uecordia. Is pro delectamento habebat os hoĩs liberi: manꝰ ſuæ palma uerberare. Eum ſeruꝰ ſequebatur crumenẽ plenã aſſium portitans: & quẽcunq; depalmauerat numerari ſtatim ſecũdũ. xii. tabulas. v. &. xx. aſſes iubebat. Propterea inqt pretores poſtea

L. Neratius

hanc aboleſcere & relinqui cenſuerunt. iniuriiſq; æſtimãdis recuperatores ſe daturos
edixerũt. Nonnulla auté in iſtis legibus: nec cõſiſtere quidem: ſicuti dixi uiſa ſũt. Ve-
lut illa lex talionis: cuius uerba: niſi memoria me fallit: hæc ſunt. Si membrum rupit
meum e pacto talio eſto. Pręter enim ulciſcendi acerbitatem: ne ꝓcedere quoq; execu-
tio iuſta talionis poteſt. Nam cui membꝝ ab alio ruptum eſt: ſi ipſi itidem rũpere ꝑ
taliõem uelit quęro an efficere poſſit rũpendi pariter mẽbri æquilibriũ? In qua re pri-
mum ea difficultas eſt inexplicabilis. Quin ſi mẽbrum inqt alter imprudẽs ruperit.
Qđ enim per imprudentiam factum eſt: retaliari per imprudẽtiam debet. Ictꝰ quip-
pe fortuitus: & conſultus: non cadunt ſub eiuſdem talionis ſimilitudinem. Quoniã
igitur modo imprudẽtem poterit imitari: qui in exequẽda talione nõ licẽtiæ ius habet
ſed imprudẽtię. Sed & ſi prudens ruperit: nequaq̃ patietur: aut altius ſe ledi: aut latiꝰ
quod cuiuſmodi libra atq; menſura caueri poſſit nõ reperio. Quin etiã ſi qd plus erit
aliterue cõmiſſum: res fiet ridiculæ atrocitatis: ut contraria actio mutuę talionis oria-
tur: & adoleſcat infinita quædam reciprocatio talionũ. Nam de ĩmanitate illa ſecandi
parciendiq; humani corporis: ſi unus ob pecuniam debitam addiudicatꝰ: addictuſq;
ſit pluribus: nõ libet meminiſſe: & piget dicere. Quid enim uideri poteſt effrenatius:
quid ab hominis ingenio diuerſius: q̃ q; membra & artus inopis debitoris: breuiſſimo
laniatur diſtrahãtur: ſicut nũc bona uenum diſtrahũtur. Tum Sex. Cecilius ample-
xus utraq; manu Phauorinũ: Tu es inqnit unus profecto in noſtra memoria: non gra
iæ modo: ſed & romanæ rei peritiſſimus. Quis enim philoſophorũ diſciplinæ ſuæ le-
ges: iam ſcite atq; docte callet: q̃ leges tu noſtras decemuirales percalluiſti. Sed queſo
te: quũ tamẽ digrediare pauliſper e curriculis iſtis diſputationũ ueſtrarũ academicis:
omiſſoq; ſtudio quicquid libitum eſt arguẽdi tuẽdiq; conſideres grauius cuiuſmodi
ſint ea quę reprehẽdiſti. Nec ideo cõtemnas legum iſtarum antiqtates: q; pleriſq; ipſis
iam po. Ro. deſiuerit: Non enim ꝓfecto ignoras legum opportunitates: & medelas
ꝓ tempoꝝ moribus: & pro rerum publicaꝝ generibꝰ: & pro utilitatũ pręſentiũ ratio
nibus: proq; uitioꝝ quibus medendũ eſt feruoribꝰ mutari: atq; flecti. Neq; uno ſtatu
cõſiſtere: qn ut facies cæli & maris: ita reꝝ atq; fortunæ tempeſtatibus uariẽtur. Quid
ſalubrius uiſum eſt rogatione illa Stolonis iugeꝝ de numero præfinito? Quid utili-
us plebiſcito uoconio de coercẽdis mulieꝝ hæreditatibus? Quid tam neceſſariũ æſti
matũ eſt ꝓpulſandæ ciuiũ luxuriæ: q̃ lex licinia & fannia: aliæq; itẽ leges ſumptuariæ
Oĩa tamẽ hæc oblitterata & operta ſunt ciuitatis opulentia: quaſi quibuſdã fluctibꝰ
exæſtuãtis. Sed cur tibi uiſa eſt inhumana omniũ mea qdem ſententia humaniſſima
quæ iumentũ dari iubet ægro: aut ſeni in ius uocato? Verba ſunt hæc de lege. Si in ius
uocat: ſi morbꝰ euitaſue uitiũ extitit. qui in ius uocabit: iumẽtũ dato. Si nolet arcerã
ne ſternito. At tu forte morbũ appellari hic putas: ægrotationẽ grauẽ cũ febri rapida
& quercera? Iumẽtũq; dici pecus aliquod unicũ tergo uehẽs. Ac ꝓpterea minus fuiſſe
humanũ exiſtimas ęgrotũ domi ſuæ cubãtẽ: iumẽto ĩpoſitũ in ius rapi: Hoc mi Pha
uorine nequaq̃ ita eſt. Nã morbus in lege iſta non febriculoſus neq; nimiũ grauis: ſed
uitiũ aliquod imbecillitatis atq; inualẽtiæ demõſtratur: nõ periculum uitæ oſtẽditur
Cætero qui morbũ uehemẽtiorẽ uim grauiter nocendi habentẽ: legũ iſtaꝝ ſcriptores
morbꝰ alio in loco non per ſe morbum: ſed morbũ ſonticũ appellant. Iumentum quoq; non
ſonticꝰ id ſolũ ſignificat: quod nunc dicitur: ſed uectabulum etiam: quod a iunctis pecoribꝰ

trahebatur. Veteres enim noſtri iumentum a iungendo dixerunt. Arcera autem uoca Imẽtũ
batur ploſtrum tectum undiq; & munitum: quaſi arca quędam magna ueſtimentis arecra
inſtrata: qua nimis ægri aut ſenes portari cubantes ſolebant. Quænam ibi igitur acer
bitas eſſe uiſa eſt: quod in ius uocato pauperrimo homini uel inopi: qui aut pedibus
forte ægris eſſet: aut quo alio caſu ingredi non quiret: ploſtrum eſſe dandum cenſue-
runt: neque inſtrui tamen delicate arceram iuſſerunt: quoniam ſatis eſſet inualido cui
modi uectaculum. Atque id fecerunt ne accuſatio iſta ægri corporis perpetuam uaca
tionem daret fide tractantibus: iuriſq; actiones declinantibus. Sed enim ipſum uide
q̃ in iniurias factas: v. &. xx. aſſibus ſanxerunt non omnino omnis mi Phauorine iniu
rias ære iſto pauco diluerunt. Tametſi hęc ipſa paucitas aſſium graue pondus ęris fu
it. Nam librariis aſſibus in ea tempeſtate populus uſus eſt: ſed iniurias atrocioris: ut
de oſſe facto non liberis modo uerumetiam ſeruis factas impenſiore dãno uindicaue
runt. Quibuſdã autem iniuriis talionẽ quoq; appoſuerũt. Quã q̃dem tu talionẽ uir
optime iniquus paulo ĩſectatus es. Ac ne cõſiſtere q̃dem dixiſti: lepida quadã ſolertia
uerboꝝ: quoniã talioni par nõ ſit talio: neq; rũpi mẽbꝝ facile poſſit: ad alteriꝰ ruptu
re (ut ais tu) æquabilium. Veſtꝝ eſt mi Phauorine talionẽ rariſſimũ fieri difficillime.
Sed decẽuiri minuere atq; extinguere uolẽtes huiuſcemodi uiolentiã pulſandi atq; lę-
dendi talione: eo quoq; metu coercẽdos eẽ hoĩes putauerũt. Neq; eius qui mẽbꝝ alte
ri rupiſſet: & paciſci tamẽ de talione redimẽda nollet: tantã eſſe habẽdi rationem ar-
bitrati ſunt: ut an prudẽs imprudẽſue rupiſſet: ſpectandũ putarent. Aut talionẽ ĩ eo
uel adamuſſim æquipararẽt: uel in librili perpenderẽt. Sed potius eundẽ animũ: eun
demq; impetũ: ĩ eadẽ parte corporis rumpẽdi: nõ eundẽ quoq; caſum exigi uoluerũt.
Quoniã modus uolũtatis præſtare poſſet: caſus ictus non poſſet. Quod ſi ita eſt: ut
dico: & ut ipſe æq̃tatis habitus demõſtrat: taliones illę tuæ reciprocæ argutiores pro
fecto q̃ ueriores fuerunt: Sed quoniam acerbum quoq; eſſe hoc genus pœnæ putas.
Quæ obſecro te: iſta acerbitas eſt: ſi idem fiat in te: quod tute in alio feceris? Præſer- Talio
tim quum habeas facultatem paciſcendi: & non neceſſe ſit pati talionẽ: niſi eam tu ele
geris? Quod edictũ autem prętorium de æſtimandis iniuriis probabilius eſſe his po
teſt? Nolo hoc ignores hanc quoque ipſam talionem ad æſtimationem iudicis redigi
neceſſario ſolitam. Nam ſi reus qui depaciſci noluerat: iudici talionem imperanti nõ
parebat: æſtimata lite iudex hominẽ pecuniæ damnabat. atque ita ſi reo & pactio gra
uis & acerba talio uiſa fuerat: ſeueritas legis ad pecuniæ mulctam reddibat. Reſtat ut
ei quod de ſectione pactioneq; corporis immaniſſimum eſſe tibi uiſum eſt: reſponde
am. Omnibus quidem uirtutum generibus exercendis: colendiſque populus Roma
nus e parua origine ad tantæ amplitudinis inſtar emicuit. Sed omnium maxime atq;
præcipue fidem coluit: ſanctamq; habuit: tam priuatim: q̃ publice. Sic conſules cla-
riſſimos uiros hoſtibus cõfirmandæ fidei publicę cauſa dedit. Sic clientem in fidem
acceptum cariorem haberi: q̃ propinquos: tuendumque eſſe contra cognatos cenſuit
Neq; prius ullum facinus æſtimatum eſt: q̃ ſicut probaretur clientem diuiſui habuiſ
ſe. Hanc autem fidem maiores noſtri non modo in officioꝝ uicibus: ſed in negocioꝝ
quoq; contractibus ſanxerunt: maximeq; in pecuniæ mutuaticæ uſu atq; commercio
Adimi enim putauerũt ſubſidiũ hoc inopię tẽporarię: quo cõmunis hoĩum uita indi-
geret: ſi pfidia debitoꝝ ſine graui pena eluderet. Cõfeſſi igiť ęris ac debiti iudicatis. xxx

Dies iu ſti — dies ſunt dati cõquirẽdę pecuniæ cauſa: quã diſſoluerẽt. Eoſq; dies decẽuiri iuſtos appellauerũt: uelut quoddã iuſtitiũ. i. iuris ĩter eos quaſi interſtitionẽ quãdã & ceſſationẽ: qbus diebus nihil cũ iis agi iure poſſet. Poſt deinde niſi diſſoluerãt ad prętorẽ uocabãtur. & ab eo qbus erãt iudicati adicebãtur. Neruo quoq; aut cõpedibus uinciebãtur. Sic. n. ſunt opinor uerba legis. Aeris cõfeſſi: rebuſq; iure iudicatis. xxx. dies iuſti ſunto. Poſt deinde manus iniectio eſto. in ius ducito. ni iudicatũ facit: aut qui pſeudo eo in iure: uim dicit: ſecũ ducito. uincito aut neruo: aut cõpedibus. xv. põdo: ne minore: aut ſi uolet: maiore uincito. Si nolet ſuo uiuito. Ni ſuo uiuit: qui eum uictũ habebit: libras farri in dies dato. Si uolet plus: dato. Erat aũt ius interea paciſcẽdi. Ac niſi pacti forẽt: habebãtur ĩ uinculis dies. lx. Inter eos dies trinis nũdinis cõtinuis ad prætorẽ ĩ comitiũ ꝓducebãtur: q̃taeq; pecunię iudicati eſſent. prædicabatur. Tertiis autẽ nũdinis capite pœnas dabãt. Aut trãs tyberim pgere uenũ ibant. Sed eã capitis pœnã ſanciẽdę ſicuti dixi: fidei gr̃a. horrificã atrocitatis oſtentu. nouiſq; terroribus metuendã reddiderũt. Nã ſi plures forẽt: qbus reus eſſet iudicatus: ſecare ſi uellẽt atq; partiri corpus addicti ſibi hoĩs pmiſerũt. Et qdẽ uerba ipſa legis dicã: ne exiſtimes inuidiam me iſtã forte formidare. Tertiis inqt nũdinis: partis ſecanto. ſi plus minuſue ſecuerũt ſe fraude eſto. Nihil ꝓfecto imitius: nihil ĩmani9: niſi ut re ipſa apparet: eo cõſilio tãta ĩmanitas pœnæ denunciata eſt: ne ad eam unq̃ perueniretur. Addici nãq; nũc & uinciri multos uidem9: qa uinculoꝝ pœnã deterrimi hoĩes cõtemnunt. Diſſectũ eſſe antiqtus neminẽ equidẽ neq; legi: neq; audiui: quoniã ſæuicia iſta pœnæ cõtẽni non quita eſt. An putas Phauorine ſi nõ illa etiã ex. xii. tabulis de teſtimoniis falſis pœna aboleuiſſet: & ſi nũc quoq; ut antea q falſum teſtimonium dixiſſe cõuictus eſſet: e ſaxo tarpeio deiiceretur: mẽtituros fuiſſe ꝑ teſtimonio tam multos: q̃ uidem9? Acerbitas plerũq; ulciſcẽdi maleficii: bene atq; caute uiuẽdi diſciplina eſt. Hiſtoria de Metio Suſetio albano nobis quoq; nõ admodũ numero iſtiuſmodi libros lectitantib9 ignota nõ eſt. Qui quoniã pactũ atq; cõdictũ cũ rege po. Ro. pfide rupat: binis quadrigis euinctus: in diuerſa nitẽtibus laceratus ẽ. Nouũ atq; aſperũ ſuppliciũ quis negat. Sed qd elegantiſſimus poeta dicat: uide. At tu dictis albane maneres: Hęc atq; alia ubi Sex. Cecilius oĩbus qui aderant. ipſo quoq; Phauorino approbãte: atq; laudãte diſſeruit: nunciatum eſt Cæſarem iam ſalutari: & ſeparati ſumus.

Vocabulũ ſiticinũ in. M. Catonis oratiõe quid ſignificet. Quã ob cauſam. L. Accius poeta in grãmaticis ſiciniſtas nebuloſo nomine eſſe dixerit. Cap. ii.

s Iticines ſcriptũ eſt in orõne. M. Catonis: quæ inſcribitur: Ne iperium ſit ueteri ubi nouus uenerit. Siticines inquit & liticines & tubicines. Sed Ceſelli9 Videx in cõmẽtariis lectionũ antiquaꝝ: ſcite qdem ſe ait: liticines lituo cantare: & tubicines tuba. Quid iſtuc autem ſit: q; ſiticines cantant homo ingenuæ ueritatis ſcire ſe negat. Nos aũt in Capitonis Atteii cõiectaneis inuenimus ſiticines appellatoſ q apud ſitos canere ſoliti eſſent: hoc eſt uita functos: & finitos: & ſepultos. Eoſque habuiſſe ꝓprium genus tubæ: qua canerent: a cæterorum tubicinũ ꝓprietate differens: quos ſiciniſtas uulgus dicit. Qui rectius locuti ſunt: ſicinniſtas littera n gemina dixerunt. Sicinniũ. n. genus ueteris ſaltationis fuit. Saltabũdi autẽ canebant quę nunc ſtantes canunt. Poſuit hoc uerbũ. L. Accius poeta in pragmaticis. Appellariq; ſicinitas ait nebuloſo noĩe: credo ꝓpterea nebuloſo: q; ſicinniũ cur diceretur obſcuꝝ eſſet.

Siticines

Sicinũ

Artificiũ ſcænicorũ ſtudiũ: amorẽq; inhoneſtũ: ꝓbroſũq; eſſe. Et ſup ea re uerba Ariſtotelis philoſophi adſcripta. Cap. iii.

Comœdos qſpiã & tragœdos: & tibicines diues adoleſcens Tauri philoſophi diſcipulus liberos homines: in deliciis atq; in delectamentis habebat. Id gen9 aũt artifices græce appellãtur οι περι τον Διονυσον τεχνιται. i. Liberi patris artifices. Eum adoleſcentem Taurus ſodalitatibus cõuictuq; hoium ſcænicorũ abducere uolens: miſit ei uerba ex Ariſtotelis libro exſcripta: qui προβληματα εγκυκλια. idest queſtiones circulares inſcript9 eſt. Iuſſitq; uti ea quotidie lectitaret. Διατι οι Διονυσιακοι τεχνιται ως επι το πολυ πονηροι εισιν οτι ηκιστα λογου και φιλοσοφιας κοινωνουσι. Δια το περι τας αναγκαιας τεχνας το πολυ μερος του βιου ειναι και οτι εν ακρασιαις τον πολυν χρονον εισιν. ουδε εν αποριαις αμφοτερα δε φαυλοτητος παρασκευαστικα. idest. Cur genus id hominum qd̃ dionyſiacos technitas. idest artifices bacchanales appellamus: improbis eſſe moribus magna ex parte conſueuerunt? An quia minime ſeſe ſtudio ſapientiæ dedunt? eo ſcilicet q; in artibus neceſſariis magnam partem ætatis ſuæ conſumunt: uitam plurimum traducũt incõtinẽter: partim etiam cum inopia: quod quidem utrunq; uitia & gignit & auget.

Exempla epiſtolarum alexandri regis: & ariſtotelis philoſophi: ita uti ſunt edita: eaq; in linguam latinam uerſa. Cap. iiii.

Commẽtationũ ſuarũ artiũq;: quas diſcipulis tradebat ariſtoteles philoſoph9 regis alexandri magiſter duas ſpecies habuiſſe dr̃. Alia erant quę nominabat εξωτερικα. i. extraria uel extriſeca. Alia quę appellabat ακροαματικα: idest auſcultatoria. εξωτερικα dicebãtur: quę ad rhetoricas meditationes: facultatẽ argutiarũ: ciuiliũq; rerũ noticiã cõducebãt. ακροαματικα aũt uocabãtur in quibus philoſophia remotior ſubtiliorq; agitabatur: quęq; ad naturę cõtẽplationes: diſceptatiõeſue dialecticas ptinebãt. Huic diſciplinę quã dixi ακροαματικην. i. auſcultatoriã: tẽpus exercẽdę dabat i lycio matutinũ. Nec ad eã quenq̃ temere admittebat: niſi quorũ ante ĩgeniũ & eruditiõis elemẽta: atq; in diſcẽdo ſtudiũ laborẽq; exploraſſet. Illas uero εξωτερικας. i. extrarias auditiones: exercitiũq; dicẽdi: eodẽ in loco ueſpi faciebat. Eaſq; uulgo iuuenib9 ſine delectu dabat. Atq; eũ δειλινον περιπατον. i. poſt meridiariã ambulationẽ appellabat. Illũ alterũ ſupra εωθινον. i. dilucularia: utroq; enim tpe ambulãs diſſerebat περιπατων. i. deãbulationẽ. Libroſq; ſuos earũ oium cõmẽtarios ſeorſum diuiſit: ut alii εξωτερικοι. i. extrarii dicerẽtur: partim ακροαματικοι. i. auſcultatorii. Quos quum in uulgus ab eo editos rex alexander cognouiſſet: atq; ea tempeſtate armis exercituq; omnem prope aſiam teneret: regemq; ipſum Dariũ prœliis & uictoriis urgeret: in illis tamen tantis negociis litteras ad ariſtotelem miſit. Non eum recte feciſſe: q; diſciplinas ακροαματικας: idest auſcultatorias: quibus ab eo ipſe erudit9 foret libris foras editis inuulgaſſet. Nã qua inquit alia re præſtare cæteris poterimus: ſi ea quæ ex te accepimus: omniũ prorſus fiẽt cõmunia? Quippe ego doctrina anteire malim: q̃ copiis: atq; opulẽtiis. Reſcripſit ei ariſtoteles ad hanc ſentẽtiam ακροαματικους: idest auſcultatorios libros: quos editos quęris: & nõ pide ut archana abſcõditos neq; editos ſcito eẽ neq; nõ editos: quoniã iis ſolis q nos audiũt: cognobiles erũt. Exẽpla utrarũq; litterarũ ſumpta ex andronici philoſophi libro ſubdidi. Amaui aũt prorſus in utriuſq; epiſtola breuitatis elegãtiſſimę filiũ tenuiſſimũ. αλεξανδρος αριστοτε-

λει εὖ πράττειν. οὐκ ὀρθῶς ἐποίησας ἐκδοὺς τοὺς ἀκροαματικοὺς τῶν λόγων. τίνι γὰρ ἔτι διοισομεν ἡμεῖς τῶν ἄλλων. εἰ καθοὺς ἐπαιδεύθημεν λόγους: οὗτοι πάντων ἔσονται κοινοὶ ἐγὼ δὲ βουλοίμην ἂν ταῖς περὶ τὰ ἀριςα ἐμπειρίαις. ἢ ταῖς δυνάμεσι διαφέρειν: ἔρρωσο ἀριστοτέλης βασιλεῖ ἀλεξάνδρῳ εὖ πράττειν. ἔγραψας μοι περὶ τῶν ἀκροαματικῶν λόγων οἰόμενος δεῖν αὐτοὺς φυλάττειν ἐν ἀπορρήτοις. ἴσθι οὖν αὐτοὺς καὶ ἐκδεδομένους: καὶ μὴ ἐκδεδομένους. ξυνετοὶ γάρ εἰσι μόνοις τοῖς ἡμῶν ἀκούσασιν ἔρρωσο. i. Alexander Ariſtoteli ſalutẽ. Haud recte feciſti: ꝙ auſcultatorios libros edideris. In qua enim re a cæteris nos itẽ pręſtabimus: ſi diſciplinę in quibus eruditi ſumus. omniũ omnino ſint cõmunes: Equidem malim in rerum uſu optimaꝝ: q̃ in facultatibus anteire. vale. Ariſtoteles regi Alexandro ſalutem. Scripſiſti ad me de libris auſcultatoriis ĩter arcana illos cõdi putãs oportere. Sed tu eos & eſſe editos: & minime editos ſcito. cognobiles enim iis tantũ erunt: qui nos audierint. Vale. Hoc ego uerbũ ξυνετοὶ γάρ εἰσι quærens uno itidem uerbo dicere: aliud non repperi q̃ quod ſcriptum eſt a. M. Catone in. vi. origine. Itaq; ego iqt cognobiliorem cognitionem eſſe arbitror.

alexandri epiſtola: Ariſt. epiſtola.

Quæſitũ atq; tractatũ utrũ ſit rectiꝰ dicere: habeo curã ueſtri: an ueſtrũ. Cap. v.

Percontabar Apollinarẽ Sulpitiũ: quũ eũ romæ adoleſcẽtulus ſectarer: qua ratione diceret̃: habeo curã ueſtri: aut miſereor ueſtri. Et iſte caſus ueſtri ĩ eo loco quẽ uideret̃ habere caſum rectũ. Iſtic mihi ita reſpondit. Quęris inquit ex me quod mihi quoq; eſt iãdiu in perpetua quæſtione. Videt̃ enim nõ ueſtri oportere dici: ſed ueſtrũ ſicut græci loquuntur ἐπιμέλου μαι ὑμῶν. καὶ κήδομαι ὑμῶν. id eſt habeo curã ueſtrũ: & cõſulo rebus ueſtris. quo in loco ὑμῶν aptius ueſtrũ dicitur q̃ ueſtri: & habet caſum nominãdi quẽ tu rectũ appellaſti. Inuenio tamẽ ĩquit nõ paucis in locis noſtri atq; ueſtri dictũ: nõ noſtrũ aut ueſtrũ. L. Sylla rerũ geſtarũ libro ſecũdo. quo ſi fieri poteſt: ut etiã nũc noſtri uobis in mentẽ ueniat. Nos magis dignos creditis: quibus ciuibus q̃ hoſtibus utamini: quiq; pro uobis potius: q̃ cõtra uos pugnemus: neq; noſtra neq; maiorũ noſtroꝝ merito nobis id cõtinget. Terẽtius in Phormione: Ita pleriq; ingenio ſumus oẽs: noſtri noſmet pœnitet. Afranius in togata. neſcio qui noſtri miſeritus tãdẽ deus. & Laberius in necromãtia: Dum diutius detinet̃ noſtri oblitus eſt. Dubiũ porro inquit nõ eſt: qui eodẽ hæc oĩa caſu dicãtur noſtri oblitus eſt: noſtri miſeritus eſt: quo dicit̃ mei oblitus eſt: mei miſeritus eſt. Mei ãt caſus interrogãdi eſt: quẽ genitiuũ grãmatici uocant. & ab eo declinatur: quod ẽ ego. huiꝰ deinde pluratiuũ ẽ nos. Tui æque declinatur ab eo quod ẽ tu. huius itidẽ pluratiuũ ẽ uos. Sic nanq; Plautus declinauit in pſeudulo in hiſce uerſibus.

nostri. uestri.

Si ex te tacente fieri poſſem certior here:
Quę miſeriæ te tam miſere macerent.
Duorũ labori ego hominum parciſſem lubens:
Mei te rogandi: & tui reſpondendi mihi.

Mei enim Plautus hoc in loco nõ ab eo dixit quod eſt meus: ſed ab eo quod eſt ego. Itaq; ſi dicere uelis patrẽ mei ꝓ patrem meum quod græci modo τὸν πατέρα μου dicũt ĩuſitate quidẽ: ſed recte ꝑfecto. eaq; rõne dices: qua Plautus dixit labori mei: pro labori meo. Hęc aũt ipſa ratio ẽ in numero pluratiuo: qua Gracchus miſerere ueſtrũ dixit. & qua. M. Cicero cõtẽtio ueſtꝝ: & cõtẽtio noſtrũ dixit. Quaq; itẽ rõne Quadrigarius in annali. xix. uerba hęc poſuit. G. Mari

q̄uādo te noſtrꝝ: & reipub. miſerebitur? Cur igitur Terentius pœnitet noſtri: & nō
noſtrꝝ: & Afranius noſtri miſeritus: nō noſtrꝝ? Nihil hercle inqt mihi de iſta re in mē
tē uenit: niſi auctoritas quędā uetuſtatis non nimis anxię: neq; ſupſtitioſe loquentis.
Nā ſicuti multifariā ſcriptū eſt ueſtrorꝝ p ueſtrꝝ: ut ī Plauti muſtellaria in hoc uerſu
Verꝝ illiceſſe maxima par ueſtrorꝝ ītelligit: quū uellet maxima pars dicere ueſtrꝝ. Ita
nōnunq̄ ueſtri quoq; dictum eſt ueſtrꝝ. Sed ꝓculdubio qui rectiſſime loqui uolet: ue
ſtrum potius dixerit q̄ ueſtri. Et iccirco īportuniſſime inqt fecerūt: q in pleriſq; Salu-
ſtii exemplaribus ſcripturā iſtā ſinceriſſimam corruperūt. Nam quū ita in Catilina
ſcriptū eſſet. Sæpe maiores ueſtrꝝ miſerti plebis romanæ: ueſtrꝝ aboleuerūt: & ueſtri
ſubſcripſerunt. ex quo in pluris libros mendæ iſtius indoles inoleuit. Hęc memini mi
hi Apollinarē dicere: eaq; tunc ipſa ita ut dicta fuerant notaui.

Quā diuerſę græcorꝝ ſententiæ ſuper numero Niobæ filiorꝝ. Cap. vi.

Ita & ꝓpe adeo ridicula diuerſitas fabulæ apud gręcos poetas deprehēditur:
m ſup numero Niobæ filiorꝝ. Nam Homerus pueros puellaſq; eius ſenos dicit Niobæ
fuiſſe. Euripides bis ſeptenos. Sapho bis nouenos. Bacchilides & Pindarꝰ bis filii
denos. Quidam alii ſcriptores tres fuiſſe ſolos dixerunt.

De iis quæ habere συμπαθειαν: ideſt conſenſum uidentur: cum luna augeſcente ac
ſeneſcente. Cap. vii.

a Nnianus poeta fundo ſuo quē in agro Faliſco poſſidebat: agitare erat ſolitus
uindemiā hilare atq; amœniter. Ad eos dies me & quoſdā itē alios familiares
uocauit. Ibi tū cœnantibus nobis magnus oſtrearum numerꝰ Roma miſſus ē. Quę
quū appoſitæ fuiſſent: & multæ quidem: ſed inuberes macreq; eſſent. Luna inqt An-
nianus nūc uidelicet ſeneſcit: ea re oſtrea quoq; ſicuti alia quædā tenuis exuctaq; eſt.
Quū quæreremus quę alia ſeneſcēte luna tabeſcerēt. Nōne Luciliū inqt nr̄m memi-
niſtis dicere. Luna alit oſtrea: īplet & echinos: muribus fibras: & pecu addit. Eadē āt
ipſa quę creſcēte luna gliſcūt deficiēte cōtra luna defiunt. Aelurorꝝ quoq; oculi ad eaſ Aeluri
dē uices lunæ: aut ampliores fiūt: aut minores. Id etiā īquit multo mirādū eſt magis
quod apud Plutarchū in. iiii. in Heſiodū cōmentario legi. Cepe enim reuireſcit: & cō-
germinat decedēte luna: cōtra aūt inareſcit adoleſcēte. Eam cauſam eſſe dicunt ſacer-
dotes ægyptii cur peluſiotæ cepe non edāt: quia ſolum olerꝝ omniū contra lunæ au-
cta: atq; damna uices minuendi & augendi habeat contrarias.

Qualibus uerbis delectari ſolitus ſit antonius Iulianus: poſitis in mimiābis: ſcri-
pſit de innocētia ſua: quū ita dictitat: nunq̄ ueſtimēta a populo poſci. Cap. viii.

Electari mulceriq; aures ſuas dicebat antonius Iulianus figmētis uerborꝝ no-
d uis Cn. Martii hoīs eruditi: qualia hęc quoq; eſſent: quę ſcripta ab eo in mimiā
bis memorabat. Sinuq; amicā recipere frigidam caldo. Columbatim labra cō
ferens labris. Item id quoq; iocunde lepideq; fictum dictitabat.
Iam tonſiles tapetes ebrii fuco:
Quos concha purpura imbuens uenenauit:

Quid uocabulum iure manu conſertum ſignificet. Cap. ix.

X iure manu cōſertū: uerba ſunt ex antiquis actiōībus: quę cum lege agitur: &
e uidictę contentur. dici nūc quoq; apud pretorē ſolēt. Rogaui ego Romæ grā
maticū celebri hoīem fama & multo nomine: quid hæc uerba eſſent. Tum ille

me deſpiciēs: aut terras inquit adoleſcēs: aut ludis. Rem enim doceo grammaticam
non ius reſpondeo. Siquid igitur ex Virgilio Plauto Ennio quærere habes: quæras li
cet. Ex Ennio ego inq̄ eſt magiſter, quod quæro. Ennius enī uerbis hiſce uſus eſt. Cū
ꝙ ille demiratus aliena hæc eſſe a poetis: & haud uſquā inueniri ī carminibus Ennii di
ceret: tum ego hos uerſus ex octauo annali abſentis dixi. Nam forte eos tanquā inſi
gniter præter alios factos memineram.

Pellitur e medio ſapientia. ui geritur res
Spernitur orator bonus. horridis miles amatur.
Haud doctis dictis certantes. nec maledictis
Miſcent inter ſeſe inimicitias agitantes.
Non ex iure manu conſertum: ſed magis errore
Res repetunt. regnumq; petunt. uadunt ſolida ui.

Quum hos uerſus ennianos dixiſſem. Credo inquit grāmaticus iam tibi. Sed tu ueli
credas mihi. Q. Ennium didiciſſe hoc nō ex poetice litteris: ſed ex iuris aliquo perito.
Eas igitur tu quoq; inqt & diſcas unde Ennius didicit. Vſus cōſilio ſum magiſtri: qd
docere me debuerat: a quo diſcerē prætermōſtrātis. Itaq; id quod ex iurecōſultis: ex li
Ex iure bris quoq; eoꝝ didici inſerendū his cōmentariis exiſtimaui. Quoniā in medio rerū &
manu hominū uitā qui colūt: ignorare nō oportet uerba actionū ciuiliū celebriora manum
cōſertū cōſerere. Nā de qua re diſceptabatur ī iure præſenti: ſiue ager: ſiue quid aliud eſt cū ad
uerſario ſimul manu prehendere. In ea re oībus uerbis indicare: ideſt uindicia corre
ptio manus in re atq; in loco præſenti apud pretorem ex. xii. tabulis fiebat. In quibus
ita ſcriptū eſt. Sicui in iure manū cōſerunt. Sed poſtq̄ prætores ꝓpagatis italiæ finibꝰ
datis iuriſditionibus: negociis occupati: paciſci uindiciaꝝ dicēdaꝝ cauſa longinquas
res grauabātur: inſtitutū eſt cōtra. xii. tabulas tacito ſenſu: ut litigātes nō ex iure apd
pretorē manū cōſererēt: ſed ex iure manu cōſertū uocarēt. Ideſt alter alteꝝ ex iure ad
cōſerēdā manū in rē de qua ageretur uocaret. Atq; ꝑfecto ſimul ī agꝝ de quo litigaba
tur: terrę aliquid ex eo uti unā glebā in ius in urbē ad pretorē deferrent. & in ea gleba
tanq̄ in toto agro uindicarēt. Iccirco Ennius ſignificare uolēs bellū: nō ad pretorē ſo
litum eſt legitimis actiōibus: neq; ex iure manu cōſertum. ſed bello ferroq;: & uera ui
atq; ſolida: quod uidetur dixiſſe conferens uim illā ciuilē & feſtucariā: quæ uerbo di
ceretur non quæ manu fieret cum ui bellica & cruenta.

Quid ſit ſculnæ uerbum poſitum apud. M. Varronem. Cap. x.

Lauinii liber eſt non incurioſe factus. Is inſcriptus eſt de uerbis ſordidis. In eo
ſcripſit ſculnā uulgo dici quaſi ſequulnā: quē qui elegātius inquit loquūtur ſe
Sculna queſtrē appellāt. Verū q; uocabulū a ſequēdo factū eſt: ꝙ eius qui electus ſit
Sque ſter utraq; pars fidē ſequatur. Sculnā sūt ſcriptū eē in hiſtorico. M. Varrōis q̄ iſcribitur
Catus. Idem Lauinius in eodē libro admonet. Sed quod apud ſequeſtrem depoſitū
erat: ſequeſtro poſitum per aduerbium dicebatur. Cato in Ptolemæo cōtra Thermū
Per deum immortalem nolite uos ſequeſtro ponere

Auctoritas tanq̄ pręfationis admonitio ī opis totiꝰ ſūma: de noctiū ordīe. Ca. xi.

T qui iocūdiora alia reqri queūt. Ipſe aūt ad hoc ſcripſi: ut liberis quoq; meis
n parate iſtiuſmodi remiſſiones eēnt: q̄do animus eoꝝ interſtitiōe aliqua nego
cioꝝ data laxari īdulgeriq; potuiſſet. Vſi autē ſumus ordine reꝝ. fortuito: quē

antea in excerpēdo feceramus. Nā ꝑinde ut librū quēq̄ in man⁹ ceperā: ſeu gręcum:
ſeu latinū: uel qd memoratu dignū audierā: itaq; libitū erat: cuius generis cūq; erat i
diſtīcte atq; ꝑmiſcue annotabā. eaq; mihi ad ſubſidiū memorię quaſi quoddā lrarū
penus recōdebā. Vt quādo uſus ueniſſet: aut rei: aut uerbi: cuius me forte repēs obli
uio tenuiſſet: & libri ex qbus ea ſumpſerā: nō adeſſent: facile īde nobis iuētu: atq; de
promptu foret. Facta igit̄ eſt in his quoq; cōmētariis eadē rerū diſparilitas: quæ fuit ī
illis annotationibus priſtinis: quas breuiter & īdigeſte & īcōdite annotatiōib⁹ tracta
tionibus lectionibuſq; uariis feceram⁹. Sed quoniā longinquis per hyemē noctibus
in agro (ſicuti dixi) terrę atticę cōmētationes haſce ludere: ac facere exorſi ſumus: ic
circo ea īſcripſimus noctiū eē atticaꝝ. nihil imitati feſtiuitates īſcriptionū: quas ple- noctes
riq; alii utriuſq; linguæ ſcriptores: in id genus libris fecerunt. Nā qa uiā & miſcellā. atticę.
& quaſi cōfuſaneā doctrinā ꝯquiſiuerāt: eo titulos quoq; ad eā ſniam exqſitiſſimos ī
diderūt. Nāq; alii muſaꝝ īſcripſerūt: alii ſiluaꝝ: Ille κηριον. i. fauū. Ali⁹ κερας ἀμαλ
θειας. i. copiæ cornu. Quidā lectionis ſuæ. Alius antiquarū lectionū. Atq; ali⁹ πινα
κιδιον. i. catinulū. & itē ali⁹ ἐγχειριδιον. i. pugionē aut tabellā. Sūt ēt q pādectas
i. oīum receptacula īſcripſerūt. Sūt aūt qui διατριβας. i. exercitationes & ſtudia: ſūt
adeo qui de diſciplina & de regia philoſophia: & de natura humana. & epiſtolicarum
quæſtionū. Eſt qui memoriales titulos fecerit. Eſt qui ſtudioſoꝝ: & de rediculis. &
Eſt qui hiſtoriæ naturalis. Eſt Eſt præterea q pratū. Eſt itidē qui
Eſt qui ſcripſit. Sūt itē multi qui cōiectanea. Neq; itē deſunt: qui ī
dices libris ſuis fecerūt. aut epiſtolaꝝ moraliū: aut epiſtolicaꝝ quęſtionū. aut cōfuſa
rū. Et quædā alia īſcripta nimis lepida: multaſq; ꝓrſus cocinnitates redolētia. nos ue
ro ut cœptus nr̄ eſt īcurioſe: & īmediate: ac ꝓpe ēt ſubruſtice: ex ipſo loco ac tpe hy-
bernarū uigiliaꝝ: atticas noctes īſcripſimus: tātū cęteris oībus: ī ipſi⁹ quoq; ſcriptio
nis laude cedētes quātū ceſſimus in cura & elegātia ſcriptionis. Sed ne cōſiliū qdē in
excerpēdis: notādiſq; rebus idē mihi: quod pleriſq; illis fuit. Nāq; illi omnes & eorū
maxime græci multa & uaria lectitātes: in qua res cunq; inciderāt: alba ut dicit̄ linea
ſine cura diſcriminis: ſolā copiā ſectati cōuertebāt: qbus in legēdis ante anim⁹ ſenio
aut tedio lāguebit: q̄ unū alterūue reppererit: quod ſit aut uoluntati legere: aut cultui
legiſſe: aut uſui meminiſſe. Ego uero quū illud Heracliti epheſii uiri ſumme nobilis
uerbū cordi haberē: quod ꝓfecto ita eſt. Ipſe quidē
uoluēdis trāſeūdiſq; multis admodū uoluminibus ꝑ oīa ſemꝑ negocioꝝ interualla.
in qbus furari ociū potui exercitus defeſſuſq; ſum. Sed modica ex iis eaq; ſola accepi:
quæ aut ingenia prompta expeditaq; ad honeſtę eruditionis cupidinem: utiliūq; arti
um cōtēplationem celeri faciliq; cōpēdio ducarēt: aut homines aliis iam uitę negociis
occupatos: a turpi certe agreſtiq; reꝝ atq; uerboꝝ impitia uīdicarēt. Quæ erūt aūt ī
his cōmētariis pauca quędā ſcrupuloſa: & anxia: uel ex grāmatica: uel ex dialectica:
uel etiā ex geometria: quęq; erūt itē paucula remotiora ſuꝑ augurio: & iure pōtificio:
nō oportet ea defugere. quaſi aut cognitu nō utilia: aut ꝑceptu difficilia. Nō enim feci
mus altos nimis: & obſcuros ī his rebus quæſtionū ſinus: ſed primitias quaſdā: & q̄ſi
libamēta ingenuaꝝ artiū dedim⁹: quæ uirū ciuiliter eruditū neq; audiſſe unq̄: neque
attigiſſe: ſi nō utile: haud qdē certe indecoꝝ. ab his igit̄: ſicui forte nonnūq̄ tēpus uo
luptaſq; erit lucubraciūculas iſtas cognoſcere: petitū impetratūq; uolum⁹: ut ī legē-

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SEVILLA

do quæ pridē ſcierint: nō aſpernent quaſi nota īuulgataq;. Nā & quid iā remotū i
litteris eſt: quin id tamē cōpluſculi ſciāt. Et ſatis hoc blādū eſt: nō eē hęc neq; i ſcho
lis decātata: neq; in cōmētariis protrita. Quæ porro noua ſibi ignotaq; offenderint:
ęquū eſſe puto: ut ſine uano obtrectatu cōſiderēt: ac minutæ iſtę admonitiones pau
xillulę nequaq̄ tamē ſint: uel ad alendū ſtudiū honeſtæ: uel ad oblectādū frigidę fo
uendūq; animū. Sed eius ſeminis generiſq; ſint: ex quo facile adoleſcāt aut īgenia ho
minū uegetiora: aut memoria adminiculatior: aut oratio ſolertior: aut ſermo īcorru
ptior: aut delectatior motio: aut in ludo liberalior. Quæ aūt parū plana uidebuntur
aut minus plena īſtructaq;. patimus inq̄ ut ea nō docēdi magis q̄ admonēdi grā ſcri
pta exiſtimēt. & quaſi demōſtratiōe ueſtigioꝝ cōtēti pſequātur ea poſt: ſi libebit: uel
libris reptis. uel magiſtris. Quæ uero putauerint reprehēdēda iis ſi audebūt: ſuccēſe
ant: unde ea nos accepimꝰ. Sed enim quę aliter apud aliū ſcripta legerint: ne iam ſta
tim tpe obſtrepāt: ſed tractiones rerū: & auctoritates hominū pēſitēt: quos illi: quoſ
q; nos ſecuti ſumus. Erit aūt id lōge optimū: ut qui ī lectitādo: ſcribēdo: cōmētādo:
nūq̄ uoluptates: nūq̄ labores cœperūt: nullas hoc genꝰ uigilias uigilarūt. neq; ullis
īter eiuſdē muſæ ęmulos certationibus: diſceptationibuſq; elimati ſunt: ſed ītēperiaꝝ
negociorūq; pleni ſunt: abeāt pcōtādo: ſcribēdo a noctibꝰ his ꝓcul. atq; alia ſibi ob
lectamēta quęrāt. Vetus adagiū eſt: Nihil cū fidibꝰ graculo: nihil cū amaricino ſui.
Atqui etiā quo ſit quorūdā maledoctoꝝ hominū ſeuitas: & inuidentia irritatior: mu
tuabor ex Ariſtophanis coronopeſta pauca. Et quā ille homo feſtiuiſſimus fabulæ
ſuę ſpectādę legē dedit eādē ego cōmētariis his legendis dabo ut ea ne attingat: neue
adeat ꝓfeſtū & ꝓfanū uulgus a ludo muſico diuerſum. Verſus legis datę hi ſunt.

Volumina cōmētariorū ad hūc diē. xx. iam facta ſunt. Quātū aūt uitæ mihi de
inceps deū uolūtate erit: quātū a cura publica: & a re familiari: ꝓcurādoq; cultu libe
roꝝ meoꝝ dabitur: ea oīa ſucceſſiua: & ſubſecūdaria tempora ad colligēdas huiuſce
modi memoriaꝝ diſceptatiūculas conferā. Progredietur igitur numerus libroꝝ diis
bene iuuātibus cū ipſius uitę quātuli quiq; fuerint ꝓgreſſibus. Neq; lōgiora mihi da
ri ſpatia uiuēdi uolo: q̄ dū ero ad hāc quoq; facultatē ſcribēdi cōmētādiq; idoneꝰ. Ca
pita reꝝ quæ cuiq; cōmētario inſunt expoſuimus hic uniuerſa: ut iam ſtatim declare
tur: quid quod in libro quæri inueniriq; poſſit.

A. Gellii Noctium Atticarum libri Vigeſimi ac ultimi. Finis.

Venetiis Impreſſum per Chriſtophoꝝ de Quaietis de Antegnago & Martinū de
Lazaronibus de Rouado. ſocios. M.CCCCLXXXXIII. Die. XVII. Iulii.

Regiſtrum. Omnes ſunt terni præter. B. et. u. qui ſunt duerni.

[illegible]

A. Gellii Noctium Atticarum libri Vigeſimi ac ultimi. Finis.

Venetiis [illegible] per Chriſtophorum de Quaietis [illegible] Anno [illegible] M.CCCC.LXXXIII. Die XVII. [illegible]

Regiſtrum [illegible]